


Joseph Menabuoni del

Carolus Gregorj sculp



ANG. MAR. BANDINIVS I.V.D.
SACROSANCTAE BASILICAE LAVRENTIANAE CANONICVS
MEDICEAE BIBLIOTHECAE REGIVS PRAEFECTVS ETC
ANNO AETATIS SVAE XXXV.


CATALOGVS
CODICVM MANVSCRIPTORVM
BIBLIOTHECAE MEDICEAE LAVRENTIANAE
VARIA CONTINENS OPERA
GRAECORVM PATRVM
SVB AVSPICIIS
FRANCISCI IMP.
SEMPER AVGVSTI

ANG. MAR. BANDINIVS I. V. D.
EIVSDEM BIBLIOTHECAE REGIVS PRAEFECTVS

RECENSVIT, ILLVSTRAVIT, EDIDIT.

In eo euiusvis Codicis accurata descriptio & Operum singulorum notitia datur, Vetustiorum specimina exhibentur, edita supplentur & emendantur.

PLVRA ADCEDVNT ANECDOTA, PLERAQVE LATINE REDDITA.



FLORENTIAE TYPIS CAESAREIS
ANNO CIↃ. IↃ. CC. LXIIII.

PRAESIDIBVS ADNVENTIBVS.



IMPERATORI . CAESARI FRANCISCO PIO . FELICI . INVICTO VICTORI . AC . TRIVMPHATORI . SEMPER . AVG. PATRI . PATRIAE

ANG. MAR. BANDINIVS

DIVTVRNAM FELICITATEM ET IMPERIVM.



Ici vix poteſt, FRANCISCE IMPERATOR, ex quo non hominum conſilio, ſed divino prorſus munere nobis datum eſt, habere TE IN MAGNVM ETRVRIAE DVCEM, felicitatis ſcilicet noſtrae, cum publicae, tum privatae adſertorem; dici vix, inquam, poteſt, quantum mi-

mihi caelitus consultum esse gavisus sim, qui recens vacare litteris institueram, quum ad reliquas animi dotes, quae in TE mira quadam consensione praecellerent, ea quoque adcederet in studia bonarum artium propensa benignitas, atque effusum ingenium, ut ab eo regi ac gubernari Etruria merito gloriaretur, qui & sapientissimus exsisteret, ac diligeret sapientiae cultores. Huius quidem indolis TVAE munificentissimae participem me esse voluisti, statim ac duodecim ab hinc annis, ex Iurisconsultorum ludo recenter egressus, prima illa ingenii mei molimina AVGVSTISSIMO NOMINI TVO nuncupare sum ausus; tunc enim MAIESTATEM TVAM demittere non es dedignatus, excipiendo serena fronte exiguitatem scribendi meam, Florentinae Litteraturae Specimen exhibentem, ut siquid ulterius, vel operosius a me susciperetur laboris, id omne liberalitati, indulgentiaeque TVAE adceptum referrem. Verum ad hanc usque diem nonnulla licet prodierint non exigua industriae meae monumenta, quibus devinctissimi animi mei sensus Viris Principibus probare conatus sim; nullum tamen adgredi potuit virium mearum imbecillitas, quod ea argumenti dignitate, ac magnitudine praestaret, ut sine piaculo, inscribi MAIESTATI TVAE posse censerem.

Dum tamen haereret animus meus, res pro voto cecidit, AVGVSTISSIME CAESAR. Quum enim ageretur annis proxime praetervectis de celeberrimae Laurentianae TVAE Bibliothecae Praefecto designando, effusissimam beneficentiam TVAM nova clementiae adcessione mihi contigit experiri. Providentia siquidem TVA factum est, ut amplissimo muneri ipse praeficerer, licet immeritus, ut hoc pacto nec obsequendi TIBI, nec vacandi litteris deesse umquam mihi posset occasio.

Dinocrates ille non obscuri nominis architectus, Herculeo sese habitu ius dicenti obtulit Alexandro; quumque illi cogitationes, & formas, tanto illo Rege dignas, Atho videlicet montem, statuae virilis imagine repraesentandum proposuisset, ingentibus hisce ausis Regiam commendationem fuisse adeptum, memoriae proditum est.

Idem mihi in praesens usuventurum speravi, OPTIME CAESAR, si tot tantisque in me conlatis immortalibus bene-

neficiis devinctus, pro leonis pelle, ingenuam indolem, pro clava, non obscurum ingenium, pro corona populea, non incelebrem doctrinae mediocritatem, pro vastae illius molis compositione, omnigenae eruditionis Volumina, MAIESTATI TVAE in publicum proferenda obtulissem. Continent haec quidquid in eadem Bibliotheca TVA delitescit, exactissimam videlicet cuiusvis Codicis recensionem; quod quidem magni moliminis opus a viris clarissimis iam pridem fuerat frustra tentatum, & aliqua ex parte, mancum licet ac mutilum, mendisque turpissimis obsitum, in vulgus proditum. Quod si nunc tandem ex inglorio pulvere excitantur innumerabilium ferme scriptorum nomina; iique, locupletissimo hoc Bibliothecae TVAE Laurentianae conscripto Catalogo, ad vitam quodammodo revocantur, ut expressam nobis, virtutis & doctrinae, qua inter suos olim inclaruerunt, imaginem repraesentent, TIBI uni, PROVIDENTISSIME CAESAR, gratiae immortales sunt referendae, qui hoc Musarum domicilium ab ergastulo, ab oblivione, a tenebris vindicasti; utque nitori suo & integritati restituerentur rarissimi ac pretiosissimi illi Codices, additis insuper quadringentis aliis manuscriptis Voluminibus, imperasti; ac denique restituta, & aucta Regii ibidem Praefecti pristina dignitate, quae senescente Mediceae Gentis Imperio, omnino defecerat, pretiosissimam hanc litterariam gazam eruditis omnibus patefecisti.

In quo quidem MAIORVM TVORVM LOTHARINGIAE DVCVM summa in Christianam Rempublicam merita mirabiliter aemularis, per quos instauratis Christianorum rebus in Asia, iactisque Regni Hierosolymorum fundamentis, non Latina modo eruditio ad Asiaticas gentes, sed & Asiatica quoque ad Latinas uberrime promanavit. Ac profecto non modo bonas artes in Etruria TVA revocandas curasti, reseratis publicae commoditati locupletissimis Bibliothecis, Magliabechiana, Marucelliana, & Palatina; sed Orientalis quoque sapientiae divitias, TVO iussu edito iam ab anno MDCCXLII. Bibliothecae Palatinae, ac Laurentianae Orientalium Manuscriptorum Catalogo, ad Latinos homines traduxisti. Quin & privatam TIBI librorum supellectilem diligentissime comparasti, eamque una cum omnium gentium

veteris & recentioris aevi Numis a TE undique conquisitis, GENIO TVO AVGVSTISSIMO dedicasti. Historiae praeterea Naturalis incremento inserviens, Viridarium Botanicum selectissimum excolis, ibique Flores, & Plantas, Pisces, Aves, Quadrupedes enutris, aliaque id genus a remotissimis mundi plagis, effusis sumtibus deportata; Physices experimenta, Coetus Academicos, Picturam, Musicen, Sculpturam, Chemiam, quarum & artium magistros haud paucos, eosque celeberrimos convocasti, praecipuo favore prosequeris. Nulla quidem re ingenia hominum, aeque, ac Principum munificentia favoreque adtolluntur illustriaque fiunt; quos inter quum tacita quaedam naturalisque societas intercedat, ut alter alteri lucem, & splendorem adferre videatur; hinc fit, ut dum sibi mutuo inserviunt, & gloria Principibus, & doctis auctoritas concilietur; quorum monumentis nihil perennius, nihil ad nominis claritatem efficacius, nihil iis adcommodatius, qui posteritatis memoria ducuntur.

Ecquod dari firmius potest Imperium, GLORIOSISSIME CAESAR, ecquod evolutis temporibus diuturnius occurret, iis, quae per iustitiae, & aequitatis officia, cum benivolentia & caritate fuerunt administrata? Quis TVAM in agendo industriam, in consultando perspicacitatem, in providendo consilium, in perficiendo celeritatem satis suspiciat atque commendet? Quis TE ad publica commoda curanda, ad civium quietem tuendam, ad eliminanda iurgia, ad instituenda iudicia, ad firmandum Orthodoxae Religionis cultum, vigilantior, praestantior, propensior umquam fuit? Non enim eorum, qui gentibus olim constituti sunt moderatores, ac Principes, imperium ad vitam tantummodo hominum regendam tuendamque pertinere es arbitratus; sed & qua ratione bona caelitus hominibus concessa, subiectis populis quam recte honesteque dispertirentur, Imperatoria solicitudine, ac providentia dignum putasti.

Aether profecto rerum semina demittit, terra excipit fovetque, ac nutriendo educat, ut haec ventis, illa imbribus vegetantia, alia calore firmata, omnium rerum copiam ubertatemque mortalibus suppeditent; nec solum haec, quae sensu carentia, terrae foetu producuntur, sed

animalia ipsa ad vitam hominum substentandam procreantur. His tamen tot tantisque muneribus atque bonis, quae Deus effusa liberalitate nobis elargitur, non est utendi recta facultas sine moderatione, & iustitia imperantis. Iustitia enim quum distributionis sit finis, distributio vero Principis munus; Princeps profecto imago Dei est, ad effigiem similitudinemque divinae Providentiae efformata, quae terras omnes vegetantium ubertate foecundat, quae ventis in universas oras ferentibus maria permovet, quae ubique solum nunc hoc, nunc illud, vel deiectis imbribus, vel fluviorum adluvione emollit, quae venas siccis fontibus elicit, ac subiecto per occulta fluido perennat.

Hoc Tv propemodum modo, PROVIDENTISSIME CAESAR, quotidie cogitas domesticos & familiares muneribus exornare, inopes sublevare, populos adlicere, adlectos beneficentia retinere, retentos plurimis amplissimisque beneficiis devincire. Ecquid commemorem publicas vias, non in hac urbe solum, sed etiam in tota Etruria factas & stratas, Labronis Portus pomoeria secus mare prolata, aedificia ibidem, mercatorum praesertim commodis, excitata, Nosocomia instaurata, Thermas in agro Pisano magnificentissimas, quae superbas Romanorum Imperatorum moles aemulari videantur, patefactas, artes vel revocatas, vel invectas, foedera cum barbaris percussa regibus, naves conducticias, quae merces ultro citroque advehant, Africo, Americo, atque Indico mari concreditas, insalubres campos sterilesque purgatos, & culturae redditos?

Quae quum ita sint, mirari non subit, quod Caelum ipsum MAIESTATEM TVAM, ac DOMVM AVSTRIACAM fortunatissima Prole foecundaverit, ut iam non modo Romano Imperio in seram posteritatem suffectura videatur, sed aliarum quoque gentium spem, & exspectationem commoveat. Praesta interim, INVICTISSIME CAESAR, pro eo quod suscepisti pro universis litteris patrocinio, ut TVO iam tentata faustissimo omine Laurentianae Bibliothecae Codicum evulgatio progrediatur, ac perficiatur, TVOQVE nobilitatum NOMINE circumferri modo glorietur Volumen hoc Graecis Sanctorum Patrum Codicibus destinatum, ut

Eu-

Europeae non modo, ſed & barbarae quoque gentes potentiſſimum Regum vindicaſſe ſentiant ſui nominis adſertorem.

DEVM OPTIMVM MAXIMVM EFFVSIS PRECIBVS ORO ATQVE OBTESTOR, VT SALVVM TE ATQVE INCOLVMEM AD IMPERI, AD ETRVRIAE, AD LITTERARVM FELICITATEM QVAM DIVTISSIME SERVET, HOC PRAESERTIM DIFFICILLIMO TEMPORE, QVO VNIVERSI PROSPICIVNT, ET SENTIVNT, SALVTEM FLORENTINI POPVLI A SALVTE TVA, ET AVSTRIACAE DOMVS INCOLVMITATE POTISSIMVM PENDERE.

Dabam Florentiae ex Caeſarea Bibliotheca Laurentiana Kal. Sept. A. R. S. CIↃ. IↃ. CC. LVII.



LECTORI BENEVOLO

ANGELVS MAR. BANDINIVS.



Onarum litterarum ſtudiis maximum iam inde incrementum adceſſiſſe, ex quo praeſtantiſſimi ſeculi XV. viri, Mediceae *potiſſimum Gentis favore, ad veteres membranas, & manu exaratos codices volutandos, eoſque ab interitu, & oblivione ſtudioſiſſime vindicandos, animum adpulerunt, nemo eſt qui non videat. Omnis enim eruditio quum ab antiquis hauriatur ſcriptoribus, praeclare de Litteraria mereri videntur Republica, qui ad nos tam uberes ſapientiae fontes, puros nitidoſque derivant. Heinc factum profecto eſt, ut tot antiqui Scriptores antea ſitu ac vetuſtate ſqualentes, vel omnino deperditi, in lucem publicam protracti, aut priſtinae integritati fuerint reſtituti; heinc tot commoda humano generi conſervando, artibus amplificandis, reique agrariae augendae neceſſaria, divina, ut ita dicam, hominum ingenia revolutis temporibus excogitarunt.*

Florente ſiquidem litteris Graecia, pari modo Statuaria, Architectonice, Pictura, Muſica, ac reliquae artes mirifice excultae ſunt. Ad Romanos inde Orbis domitores traductae, incultam prius gentem, omnium elegantiarum floribus exornarunt. Sequioris aevi incuria, ſive potius humanarum rerum viciſſitudine, proſtratis litteris, cetera quoque iis coniuncta diſciplinarum omnium ornamenta, decem ferme ſeculis interierant; quum Medicea Familia, *cui ideo immortales gratiae ſunt referendae, omnium antiquorum ſapientiam, maxime vero Graecam, immenſis paullatim ſumtibus, ac laboribus e tenebris in publicam protraxit lucem, ope potiſſimum* Ambrosi *Camaldulenſium Generalis*[1], Poggi, Leonardi Arretini, Nicolai Niccoli, Marsili Ficini, Francisci Philelphi, Christophori Landini, Angeli Politiani, *aliorumque viro-*

(1) Vid. Clar. Lavr. Mehvs in Ambrosi Camald. Generalis Epiſtolas Praefationem, Flor. typis Caeſareis mdcclix. fol. ubi de ortu, & progreſſu Litterarum Florentinarum luculentiſſime edifferit.

rorum ea aetate doctissimorum; quorum nomina aeternitati consecrata, numquam diuturna obliterabit vetustas. Quod ut facilius MEDICEI HEROES *adsequerentur, maximam in eo curam impenderunt, ut manuscripti Codices, veluti omnigenae eruditionis thesauri, non Latini modo, ac vernacula lingua conscripti, sed & Hebraici, Syriaci, Arabes, ac Graeci praecipue, ex monachorum Bibliothecis, & ex ipso senescente Orientis imperio, in proprias aedes, tamquam in tutissimum Musarum sacrarium reponerentur* [1].

Itaque COSMI *potissimum Patriae Patris, ac* LAVRENTI MEDICEI *magnificis sumtibus quinque conditae sunt Bibliothecae.* [2] *Omnium princeps Domestica dicebatur; in qua, ut numeris omnibus absolutissima redderetur, primo omnes illos Codices, qui temporis notam praeseferunt, quique illius aetatem non excedunt,* COSMVS *Patriae Pater studiose congessit. Hos inter adnumerandi sunt ii, quos* CHRISTOPHORVS BONDELMONTES [3] *e Graecia Florentiam advexit, anno circiter* MCCCCXIX. *quique adventu Graecorum Patrum ad Florentinum Concilium huc delati sunt. Nec minus alios, quos* AMBROSIVS *Camaldulensis,* LEONARDVS ARRETINVS, NICOLAVS NICCOLVS, [4] *alii-*

(1) Consule BERNARD ORICELLAR. de Bello Italico edit. Londinensis A. MDCCXXXIII. 4. p. 52.

(2) COSMVS, & LAVRENTIVS, IOANNIS filii, atque unanimes fratres Bibliothecam in agro Mugellano Anno circiter MCCCCXXX. excitarunt, una cum Coenobio, & Ecclesia, in loco dicto *Il Bosco a' Frati*, in quo degunt Fratres Ordinis S. FRANCISCI, qui *Observantes* nuncupantur. Sed quod plerumque evenire solet, ex tot optimis illis Codicibus duodecim tantum supersunt detruncati, maleque adfecti, quorum integumentis MEDICEA adhuc insignia, in lamina ex aurichalco, perforatis pilis adfixa sunt. Occurrit deinde *Veneta* Bibliotheca, quae a COSMO, dum Venetiis exsularet in Coenobio S. GEORGI Maioris Monachorum S. BENEDICTI excitata fuit, ut habet GEORGIVS VASARIVS *Vite de' Pittori* Tom. I. Part. II. p. 340. ubi de MICHELOCTIO agit architecto, qui aedificii formam delineaverat. Huius quoque nihil aliud, praeter inscriptionem, superest, quam nobis FORTVNATVS OLMO in Annalibus eiusdem Ordinis MSS. servavit, & est eiusmodi:

SOCIETATI MEDICEAE
APVD DEVM
FRATRES ET STVDIOSI OMNES
LINGVIS ANIMISQVE
FAVERE TENEMVR
QVOD SVA IMPENSA
LOCVM BIBLIOTHECAE
OMNI CVLTV ET ORNATV
IOANNE LANFREDINO SOCIO
FACIVNDVM CVRAVIT

Laudatus OLMO, qui aedificium ipsum inspexerat, haec memoriae prodidit: *Aedificio circumextabant interius* MEDICEORVM *insignia: vidimusque ipsi ad nostra usque tempora consistentem mirabilem iuncturam, omni arte erectam, aureo tecto, tabulariis, parietibus, varia pictura fabrefactis scamnis, atque ornatu omni splendidam; quae universa deinde anno* MDCXIV. ANTONIO ZVFFO *res Coenobii moderante, augustiora futura, ad interitum usque eversa fuere.* Verum haec antea SANSOVINVS memoriae prodiderat in Venetiarum descriptione italico idiomate Anno MDLXXXI p. 82 *Non è punto inferiore a qualsivoglia altra della Città* (di Venezia) *la Libreria di questi Monaci: la quale fu fabbricata da* COSIMO DE' MEDICI, *quando fu confinato a Venezia dalla sua Repubblica, dove si veggono le insegne delle palle &c.* Idem etiam in Opusculo, cui titulus, *Ritratti d' uomini illustri di Casa Medici*, refert SCIPIO AMMIRATVS his verbis: *Mostrò* COSIMO *infin nell' esilio la grandezza dell' animo suo, perciocchè menato seco a Venezia* MICHELOZZO, *chiaro, e famoso scultore, e architetto di quei tempi, gli fece fare a sue spese nel Monastero di S.* GIORGIO *Maggiore, luogo de' Monaci di S.* GIVSTINA *una bellissima libreria, la quale non solo ornò di muraglie, e di simili cose a tal mestiere appartenenti, ma di molti, & ottimi libri la riempiè, &c* Sed in novo Coenobii aedificio, utinam pretiosissimis pepercissent Codicibus, quos perhibent miserrime periisse. His accedit *Marciana*, Florentiae in Coenobio D. MARCI, teste eodem VASARIO p. 343 curante item MICHELOCTIO, Anno MCCCCXL. incepta, quatuor annis ad finem deducta, optimis, plurimisque libris referta, quum LXIV. Pluteis instructa fuerit. Huius adhuc noningenti & amplius Codices, ibidem religiosissime custodiuntur; funestis licet huius Coenobii vicibus, ac praecipue in tumultu HIERONYMI SAVONAROLAE, militum direptionem perpessi, non pauci alio immigraverunt. Vltimo denique loco reponenda est *Fesulana* Bibliotheca a COSMO pretiosissimis instructa Codicibus in Coenobio S. BARTOLOMAEI ad Fesulei Montis radices a COSMO aedificato. Huius quidem adservatur adhuc Catalogus, ea aetate in nitidissima exaratus membrana in 4. foliis XXII. cum hoc titulo.

VOLVMEN . IN . QVO . SERIES . BIBLIOTHECAE DIGESTA . CONTINETVR . QVAM . MAGNIFICI . COSMAE . LIBERALITAS . ATQ. RELIGIO . AD , EXCITANDOS . AD . VIRTVTEM ANIMOS . ATQVE . AD . INGENIA . LITTERIS . ILLVSTRANDA . CANONICIS . REGVLARIBVS . IN . ABBATIA . FESVLANA SINGVLARI . MVNERE . DONAVIT.

Vtinam his COSMAE votis respondissent, qui postmodum subsequuti sunt Religiosi viri. Codices enim, quod maxime dolendum, ex antiqua sede exturbati inferius in conclave, quod Capitulum dicitur non delitescerent, avulsis plerumque auro minioque egregiis, quibus exornabantur picturis. Ceterum ut in Catalogo notantur, ferme omnes supersunt, saepiusque mecum ipse miratus sum, COSMO I. Magno Thuscorum Duci, quum amplificandae MEDICEAE Bibliothecae cupiditate, pretiosissimos quosque Codices ex quorumdam coenobiorum carceribus in illam adsportari iussisset, hunc delitescentem thesaurum minime innotuisse. Translata huc quoque sunt duo rotunda marmorea monumenta, caeruleis foliis exornata, & in parietibus inserta, in quibus haec habentur:

COSMVS
MEDICES QVAN
TVM OMNES SVAE AE
TATIS AVCTORITATE ET
DIVITIIS TANTVM PRVDEN
TIA ET PIETATE SVPERAVIT
VNDE NON MINVS PATRIAE
DECORIS ET GLORIAE QVAM
ILLA SIBI DIGNITATIS ET GR
ATIAE AFFERRE VISVS EST
CANONICI
RE. DE.

AB
ORTV SALVAT
ORIS MCCCCLXII. TO
TAM HANC CVM OMNI
SVO ORNATV ET SVPELLEC
TILE MOLEM DEVICTA MONTIS
NATVRA COSMVS MEDICES P.
P. CANONICIS REG. PROPRIIS S
VMPTIBVS A FVNDAMENTIS
EREXIT QVOD IPSI AD GRATI A
NIMI TESTIMONIVM HIS LI
TTERIS POSTERIS MA
NDAVERE.

(3) CHRISTOPHORVS RAYNERI filius de BONDELMONTIBVS Presbyter Florentinus, quo ad comparanda Graeca Volumina, praeter ceteros utebatur COSMVS, Anno MCCCCXXII. Archipelagi insulas descripsit ad IORDANVM Cardinalem de VRSINIS. In Cod. Chartac. MEDICEAE huius Biblioth. Pl. VII. Cod. XXX. in 8. qui continet S. Gregorii Nysseni expositionem in Cantica Canticorum, legitur ad calcem: *Anno Domini* MCCCCXV. V. *mensis Maii apud Castellum Belvedere insulae Cretae a quodam Calogero emi istum librum yperperis IX. Presbyter* CHRISTOPHORVS *de* BONDELMONTIBVS *de Florentia scholaris in Graecis scientiis.*

(4) De his Cl. LAVR. MEHVS in cit. opere multa scitu digna in lucem profert.

aliique viri doctissimi collegerant, sibi paullatim COSMUS MEDICES *comparavit. Nec omittendi Codices ferme quinquaginta Gentis* SASSETTAE, *qui quum anno* MCCCCXLIX. *notentur, vix dubitandum, & hos in* COSMI *potestatem devenisse.* POGGI *etiam Codices, qui anno, ut plurimum,* MCCCCLIII. *conscripti sunt, quosque in Gallico, & Germanico itinere ipse comparaverat,* IOANNI COSMI *filio venditi, in* MEDICEAM *Bibliothecam commigrarunt. Accedunt & ii, qui* COLUCCII PIERI SALUTATI *fuerant, anno* MCCCCLX. *distincti, qui postmodum,* IOANNE *immatura morte sublato, a* COSMO *itidem recepti sunt.*

Praeterea incredibilem excellentissimorum scriptorum numerum aluit[1], *ut ab iisdem continuo vetusti Codices, quos sibi adquirere datum non erat, exscriberentur; iique* MEDICEO *stemmate, quod multis pilis, diversimode dispositis constat, accuratissime distinguuntur.* COSMO *fatis praerepto, A.* MCCCCLXIV. PETRUS *filius in patris hereditatem successit. Fuerat hic elegantioribus litteris ab* IOANNE ARGYROPILO, *ac* MARSILIO FICINO *mirabiliter institutus; eiusque curae & impensis sexaginta, & amplius Codices debemus, & quidem eleganti supra quam dici possit scriptura exaratos, litterisque auro minioque depictis exornatos; ut regiam prorsus magnificentiam, sumtusque excedere videantur.* PETRI *vero Codices ex ipso suae gentis stemmate dignoscuntur, in quo maior pila, antea rubra, aureis tribus liliis eidem intersertis, in caeruleam est versa. Quod quidem insigne Regum Francorum* LUDOVICO XI. *ut ferunt, A.* MCCCCLXV. *adceptum referentes, eius filii, nepotesque, & duo Pontifices Maximi,* LEO X. & CLEMENS VII. *omnesque Magni Etruriae Duces deinceps usurparunt.*

Successit post PETRI *obitum* LAURENTIUS *filius A.* MCCCCLXIX. *qui amore erga litteras, maiores suos, unicos ingeniorum, ac verae virtutis aestimatores, longe superavit*[2]. *Iste enim, ut ad eas conservandas, alendas, magisque amplificandas necessaria pararentur subsidia, bis* IOANNEM LASCAREM *ad* BAIAZETEM *Turcarum Imperatorem Byzantium Legatum misit, ut tuto Graeca conquirere posset volumina, Florentiamque transferret*[3]. „ *Ducenta nuperrime* (verba sunt LASCARIS[4]) *antiquorum volumina e Graecia, & finitimis regionibus collecta in hanc praeclarissimam Civitatem; magna diligentia & sumtibus transferenda curaverat: inter quae non minus quam octoginta Opera, hac tempestate incognita; nonnulla etiam, quorum vel auctorum nomen ignorabatur, iamdiu neglecta; siquidem τὰ χερείονα νικᾷ, Poëta ait, ab interitu sunt recuperata* „. *Quae quidem verba de postremo* LASCARIS *in Graeciam itinere sunt accipienda. Hos tamen pretiosissimos Codices videre* LAURENTIO *datum non est, qui anno* MCCCCXCII. *aetatis suae* XLIV. *fato cessit; ideoque, dum in extremis ageret, vocatis ad se* PICO, & POLITIANO, *ipsum perquam humaniter dixisse ferunt:* „ *Vellem distulisset me saltem mors haec ad eum diem, quo vestram plane Bibliothecam absolvissem*[5] „. *Ex quibus etiam innuimus* LAURENTIUM, *non tantum sibi, quam aliis, ac publicae utilitati, hanc librariam supellectilem comparasse. Idem praeterea laudabilem illam consuetudinem locupletandi manuscriptos Codices gemmis nummisque veteribus,* COSMI, PETRIQUE MEDICEORUM *Procerum aevo invectam, supra quam dici potest, auxit. Qui enim Codices, eo iubente, conscripti sunt, vetustis hisce antiquitatis reliquiis exornati, praeter* MEDICEUM *stemma, vel folia, vel ramos praeseferunt, vel fasces Lauri, adiecto emblemate* SEMPER[6]. *Denique, teste* AMBROSIO *inclyti Camaldulensium Ordinis Generali*[7], LAURENTI *eiusdem summa diligentia effectum est, ut ex iniustissimi possessoris, (nempe Cardinalis* URSINI) *indignis manibus res pretiosissimae, vetusti nimirum Codices, inter quos* TERTULLIANUS & PLAUTUS, *arte mirabili eriperentur.*

 Si-

(1) Ex multis, qui in MEDICEIS exscribendis Codicibus operam impenderunt, hi praecipue occurrunt, IOANNES ROSIUS Cretensis presbyter, CHRISTOPHORUS BONDELMONTIUS, GEORGIUS TRIBIZIUS Graecus sacerdos, IACOBUS MACARIUS Venetus, PETRUS FEIUS, IOANNES THESSALUS SCUTARIOTA, BARPTOLEMAEUS COMPARINIUS, BERNARDUS, BARPTOLEMAEUS, NICOLAUS MELETIUS, GREGORIUS cognomento LONGUS, LEONTIUS, EUTHYMIUS, STRATEGIUS presbyter, ALEX a VERRAZZANO, GEMINIANUS, SINIBALDUS, SIGISMUNDUS CANTINIUS, GUEMIOL MARTINUS, ANT. presbyter, GROS. de Pineto, IO. BURKARDUS Argentinensis, GERARDUS IO. DEL CIRIAGIO, POGGIUS, ANGELUS POLITIANUS, THEODORUS GAZA, FRANC. PHILELPHUS, aliique, de quibus a nobis suis in locis agendum erit.

(2) Socios suorum studiorum adhibuit MARSILIUM FICINUM, CHRISTOPHORUM LANDINUM, ANG. POLITIANUM, IO. PICUM MIRANDULANUM, & alios non paucos, quos in propriis aedibus alebat.

(3) IOVIUS in Elogio LASCARIS N. XXXI. Vide Praef. NIC. ANGELI Bucinensis, PLAUTI Comoediis Flor. A. MDXXII. 8. praemissam.

(4) In Praef. Anthologiae ad PETRUM LAUR. filium MEDICEM impressionis Florentinae litteris capitalibus A. MCCCCXCIV. in 4. cuius ornatissimum exemplar in membrana adservatur in MEDICEA Biblioth. Pl. XXXI. Cod. XXXIII.

(5) Haec verba adferuntur a POLITIANO in Epistola ad IACOBUM ANTIQUARIUM, Epistolar. eiusdem Lib. IV. Ep. II. edition. Lugdun. apud Gryphium MDXXXV. 8.

(6) Haec ad LAURENTIAM LAURUM semper virentem referenda sunt; de quo quidem LAURENTI Magnifici symbolo lege carmina IO. BAPT. MADALI, quae anno MDXV. cum variorum Poëtarum carminibus impressa fuere, p. 78.

(7) Ep. data Florentiae postridie Nonas Iulii ad NICOLAUM NICCOLUM Lib. VIII. Ep. II. edit. Flor.

Signa, quae LAVRENTI obitum caelitus praecesserant [1], magnum aliquod infortunium portendere mortalibus visa sunt, ut exitus comprobavit. Adventu siquidem CAROLI VIII. Francorum Regis, maxima in Italia calamitas exorta est. Hereditas ac MEDICEAE familiae dignitas PETRO cesserat, inter LAVRENTI filios natu maiori, sed adolescenti admodum, & inexperto; insolentis ingenii, exsultantisque fortunae blandimentis adlecto; qui quum CAROLI partibus adhaesisset, sua sponte ei tradidit arces Pisarum, Fani Feroniae, ac Sergiani [2], quae Florentino parebant imperio. Quare a Supremo deiectus Magistratu, exsul Bononiam primum, moxque Venetias se contulit. CAROLVS vero, instructis copiis, cunctis Civitatis ordinibus, & sacerdotibus singulari supplicationis genere obviam prodeuntibus, equo invectus Florentiam paludatus ingreditur, & MEDICEIS in aedibus splendide excipitur. Heinc MEDICEAE Bibliothecae lacrymabile fatum, quod laudatus ORICELLARIVS bis persequitur verbis: „ [3] Heic me studium caritasque litterarum antiquitatis admonet, ut non possim non deplorare inter subitas fundatissimae familiae ruinas MEDICEAM Bibliothecam, insignesque thesauros, quorum pars a Gallis, pars a paucis e nostris, rem turpissimam honesta specie praetendentibus, furacissime subrepta sunt, intimis abditisque locis aedium, ubi illi reconditi fuerant, perscrutatis: quae sic ornatae exstitere, ut vel splendidissimae urbi ornamento forent. Erant sane thesauri veteres pacis diuturnae, regiaeque opulentiae ornamenta, undique toto orbe congesta. Nam quum iam pridem gens MEDICEA floreret omnibus copiis, terra marique cuncta exquirere, dum sibi Graecarum, Latinarumque litterarum monumenta, toreumata, gemmas, margaritas aliaque huiuscemodi opere naturae simul & antiquo opificio conspicua compararent ... Testantur itidem Aristotelis Graeci interpretes, ceterique vetustissimi scriptores, quos LAVRENTIVS, ut erueret ex intima Graecia, penetralibusque Turcarum Regis, misit IANVM LASCAREM Graecum hominem, & ab Imperatoribus ipsis ortum, qui cum popularibus facile conciliata gratia praestitit, quod ante eum nemo; praestruxitque aditum ad eruenda cetera eiusdem generis, quae inter spolia capta de Graecis adservantur, ni mors acerba LAVRENTIVM praeripuisset. Haec omnia magno conquisita studio, summisque parta opibus, & ad multum aevi in deliciis habita, quibus nihil nobilius, nihil Florentiae quod magis visendum putaretur, uno puncto temporis in praedam cessere. Tanta Gallorum avaritia, perfidiaque nostrorum fuit. „ Huc usque ORICELLARIVS. Sed tamen infaustis hisce vicibus non tota MEDICVM Bibliotheca direpta fuit [4]. Militum siquidem animos, auri argentique sacra fames potius, quam cupido librorum exagitat. PETRI aedes pretiosissimis refertae thesauris abunde omnium aviditatem explere potuerunt.

Verum non multo post, anno nimirum MCCCCXCVI. qui supererant Codices ad hastam distracti sunt [5]. Quum enim Florentina Respublica, PETRI MEDICEI bonis fisco addictis, libros quoque immensis plane sumtibus a Magnifico LAVRENTIO comparatos vendere constituisset, (magnis quippe quaerendae pecuniae necessitatibus premebatur) ne tam pretiosa volumina ad exteras gentes abirent, cum Monachis Dominicanis S. MARCI, penes quos maior ipsorum pars servabatur, transacta res est. Qua quidem occasione, & alios MEDICEAE Bibliothecae dispersos Codices recuperandi curam habuisse Rempublicam, praeter cetera, patet potissimum ex ipsius Epistola ad IOANNEM LASCAREM conscripta, quae est huiusmodi: [6]

Ioanni Lascari Graeco.

„ Rivedendo noi il numero delli libri Greci, e Latini per alcuna occorrentia che rimasono della heredità di Lorenzo de Medici, che sono in Santo Marco e altrove, troviamo mancarne alcuni volumi in Greco specialmente, libri di importantia e di valuta: & perchè intendiamo che voi ne havesti alcuni da Santo Marco, e d' altronde, de' quali siamo certi, che renderete buono conto: però vorremo, che all' havuta di questa ne dessi pieno adviso dove sono e chi gl' ha, e dove gli possiamo totalmente ritrovare, e così scriviamo a Giovacchino Guasconi nostro Imbasciadore appresso la Maestà Cristianissima, che sia con voi, e habbi, e intendi da voi il tutto dove siano decti libri, che siamo certi lo farete, non havendo ricevuto da questa Città, e Si-

(1) Lege memoratam Ep, POLIT. sub finem.

(2) ORICELLARIVS de bello Italico edit. Londin. MDCCXXXIII. pag. 40. seqq.

(3) Pag. 52.

(4) Direptam fuisse a GALLIS MEDICEAM Bibliothecam negant auctores Historiae Regiae Parisiensis Bibliothecae Tom. I. Catalogi impressorum praemissae Parisiis MDCCXXXIX. pag. XIX. auctoritate fulti FERDINANDI LEOPOLDI del MIGLIORE, qui desinente Seculo XVI. vixit. Id tamen BERNARDI ORICELLARI, scriptoris synchroni, auctoritate refellitur.

(5) Omnes Bibliothecae vices fuse persequitur synchronus historicus Dominicanae familiae S. MARCI Monachus.

(6) Exstat in Cod. membr. Epp. Reip. Flor. ad Principes ab anno MCCCCXC. ad MCCCCXCVII. apud Io. BAPT. DEIVM.

Signoria, se non sempre bonore e benefizio; che oltre che farete cosa ragionevole, ne sarà gratissima. Ex Palatio nostro die XVI. *Februarii* MCCCCXCVI. „
Cuius quidem generis aliae exstant Epistolae ad FRANC. GVALTEROTTVM, *ut Graecos redderet Codices exaratae; adeo ut doctorum constans hominum opinio fuerit, ne tertiam quidem* MEDICEORVM *Codicum partem nostris temporibus superesse. Sed ad Monachos S* MARCI *revertamur, qui quum soluto trium florenorum millium pretio, omnes* PETRI *libros a Florentina comparassent Republica, non ea, qua par erat custodia tam pretiosa cimelia servare studuerunt. In Historia siquidem* PETRI MARCI PARENTI, *quae Ms. legitur in Florentinis Bibliothecis, haec ad annum* MCCCCXCVII. *de* HIERONYMO SAVONAROLA *scripta sunt:* „ *Etiam de' Libri di* PIERO *de'* MEDICI, *i quali nella Libreria di S.* MARCO *in buona parte si ridussono, fece parte a Cardinali, per cui mezzo dalle scomuniche, e altri processi controgli si difendeva. Tanta forza avevano in Firenze le sue arti*„. *Itaque ad A. usque* MCCCCIIC. *diem* VIII. *Maii in ipsorum potestate fuerunt eiusmodi Codices, quo ob praedicti Fr.* HIERONYMI SAVONAROLAE *tumultum, Florentini Senatus iussu inde sublati, in Palatium publicum demigrarunt. Postea vero, anno scilicet* MD. *ab iisdem Monachis recepti, tandem anno* MDVIII. *quum Coenobium magno aere alieno premeretur,* IOANNI *Cardinali* MEDICEO *venditi* [1], *Romam advecti sunt.*

Quamdiu vero Romae MEDICEA *Bibliotheca substiterit, nos prorsus latet. Illud certum est, sub* IOANNE *Card. deinde* LEONE X. *P. M. in Vrbe propriis in aedibus exstitisse, eique* LVCIVM PARMENIVM GENESIVM *praefuisse* [2]. *Heinc eam* FRANCISCVS ALBERTINVS *Florentinus in Libro III. de Mirabilibus novae & veteris Vrbis Romae* [3], *his verbis commemorat:* „ *Est praeterea in aedibus Reveren.* IO. *de* MEDICIS *Flor. primarii Diaconi Cardinalis Bibliotheca pulcerrima; codices cuius, Magnificus* LAVRENTIVS, *pater eius ex Graecia Florentiam transferendos curavit.*„ PHILIPPVS *itidem* BEROALDVS *iunior in Praefatione ad* TACITVM *noviter inventum, ac Romae evulgatum A.* MDXV. *haec memoriae prodidit:* „ *Norant [scilicet bonae artes & studia litterarum] Bibliothecam* MEDICEAM, *quae difficillimis Italiae temporibus parem cum reliqua Domus tuae fortuna senserat calamitatem, a te extorre, ac perquam modicis fortunis, pecuniarum magna vi recuperatam.*

Post LEONIS X. *obitum A.* MDXXI. *Kal. Decembribus, ad universae Ecclesiae regimen* HADRIANVS VI. *evectus est, quo fatis praerepto* XVIII. *Kal. Octobris anni* MDXXIII. *protractis aliquandiu comitiis, conspiratione iuniorum,* IVLIVS *Cardinalis* MEDICEVS, *sibi* CLEMENTIS VII. *nomine adscito, aequo ne an iniquo, Florentinae Reip. sidere, suffectus est* XIII. *Kal. Dec. eiusdem anni. Decreverat* IVLIVS, LEONE X. *e vivis erepto,* MEDICEAM *Bibliothecam, Florentiam adsportare, ut in Laurentiana reponeretur Basilica* [4]: *quapropter* MICHAELI ANGELO BONARROTAE, *architecto omnium facile principi, munus statim iniunxit, ut aedificium numeris omnibus absolutum, ad pretiosissimam hanc litterariam gazam religiosissime custodiendam excitaret* [5].

Ac profecto singulare opus, atque, ut ita dicam architecturae potius miraculum excogitavit BONARROTA, *sive structurae ordinem, aut petrarum opificium, seu pavimen-*

(1) Ita rem narrat memoratus historicus S. MARCI Monachus; licet ex libro Ms Fr. FRANCISCI MAR. GONDI in Archivo S. Mariae Novellae, in quo rationes accepti & expensi continentur, aliter adpareat: legitur enim: MDIX. *Reverendissimo Cardinale di S Pietro ad Vincula dè dare per infino a dì 29. d' Aprile* MDVIII. *ducati 2652. 7. 8. che tanti ci fa buoni per una libraria, che furono casse 32. che fu di Lorenzo de' Medici: come più a pieno appare contratto per Ser Filippo di S. Miniato Notario della Camera sotto detto dì colle conditioni, che la si dicie. & come per uno ricordo in questo.* In fine vero eiusdem Libri haec alia adnotantur: *Ricordo come l' anno* MDVIII. *& a dì 29. d' Aprile, come io Fra Francesco Maria Gondi, & come Procuratore de' Frati, Capitolo, e Convento di S Marco vendei al Reverendissimo Cardinale di S Piero in Vincula una libraria, che fu casse 32. che fu de' Medici per ducati 2652. 7. 8. rogato ut supra &c.* Postea subiicit: *Nota come la detta Libraria in facto venne in mano & al detto Cardinale de' Medici, & lui come a vero debitore, e dallui si traggono e denari.* Ex his colligitur, dictam Bibliothecam Cardinali FRANCIOTTO ROBOREO nepoti ex sorore IVLII II. titulo S. PETRI ad Vincula fuisse venditam, & post eius obitum, IOANNI Cardinali MEDICEO cessisse. Nisi suspicari velimus, Cardinalem MEDICEVM, quo facilius maiorum suorum Bibliothecam recuperaret, nomen Cardinalis FRANCIOTTI, cuius magna utebatur consuetudine, in emtionis instrumento praetulisse.

(2) In Cod. chartac. Epigrammatum Latinor. eiusdem GENESII, Biblioth. Magliab. Classe VII. N. 530. subscribitur: LAVRENTIVS PARMENIVS GENESIVS *Sanctitatis tuae Bibliothecae custos*. Ita etiam subscribitur in Cod. XLIII. Plut. XXXV. MEDICEAE Bibliothecae.

(3) Romae apud IACOBVM MAZZOCHIVM A. MDX. 8.

(4) Id tamen, ut ex libris Capituli Laurentiani eruitur, incidit in A. MDXXVII. prid. Kal Iunias; primusque hanc veluti reducem Bibliothecam e MEDICEIS aedibus huc advectam excepit IOANNES BAPTISTA ex filiis IOANNIS vulgo FIEGIOVANNI, quum esset Laurentianae Basilicae Antistes, vir LEONIS X. & CLEMENTIS VII familiaritate, ac mensa dignus habitus: aerarii, & secretorum particeps, plurimisque aliis Romanae Ecclesiae auctus muneribus, Verum quum multis implicitus esset occupationibus, A MDXXIX. MEDICEORVM Codicum curam cessit PHILIPPO MELIORI, qui VARCHIO teste Histor. Flor. Lib. XI. a blattis tineisque, ac muribus sordidatos pulvere Codices vindicavit. Ille vero Io. Baptista FIEGIOVANNVS e vivis ereptus est IV. Kal. Quintil. A. MDXLIV.

(5) Vid. ASCAN. CONDIVIVM in vita MICH. ANG. BONARROTAE p. 31. §. XL. edit. Florent. A. MDCCXLVI. fol. IAC. NARDIVM Histor. Lib. VII. p. 179 edit. Lugdun. In Codice vero Ms. Biblioth. Strozzianae GGG. p 273. praeter alias expensas, in singulos menses, Architecto, aliisque artificibus solutas, haec legitur: 1523. *A Michelangelo Bonarroti per sua provvisione di mesi 23. scudi* 1150. quae quidem stipendii summa totum illud tempus XXIII. mensium, inter LEONIS X. & CLEMENTIS VII. Pontificatum interpositum comprehendit.

mentum[1], *aut laqueare*[2], *seu fenestras*[3], *aut Pluteorum formam*[4], *in singulis ferme diversam perpendamus. Bibliothecae longitudo brachia exaequat Florentina octuaginta; latitudo decem & octo cum tribus ex quatuor alterius brachii partibus: altitudo quatuordecim ac fere dimidium. Pavimentum Pluteis intermedium, sex ferme brachia latum: quod areae superest Pluteis contegitur. Hi quadraginta quatuor in qualibet parte numerantur, quorum omnium primus & ultimus bifrontes sunt. Initium habent ab illo, qui est ultimus, a latere ingredientium sinistro. Hic igitur octuagesimus octavus, integer olim Pluteorum numerus, ad nonagesimum secundum hactenus crevit* FRANCISCI CAESARIS SEMPER AVGVSTI, MAGNI ETRVRIAE DVCIS *munificentia, qui novum excitari iussit conclave, ut in eo Gaddiani potissimum Codices sexcenti & amplius ex rarioribus reponerentur*[5].

Sed ad CLEMENTEM VII. *revertamur, qui* MEDICEAE *Bibliothecae conservationi sedulo prospiciens, Pontificias litteras dedit* XVIII. *Kal. Dec. anno* MDXXXII.[6] *quibus Coenobium S.* IOANNIS BAPTISTAE DE ACERETA, *& Prioratum S.* BARNABAE DE GAMVNDIO *in Faventina dioecesi „ illorumque fructus, redditus, & proventus Capitulo D.* LAVRENTI *univit, & incorporavit; ut primum ex fructibus, redditibus, & proventibus Mensae Capitularis huiusmodi, tecta, sedilia, libri, & omnia alia dictae Bibliothecae necessaria similiter manutenerentur. „ Statuit praeterea, ut duo Custodes, quorum unus e Canonicorum, alter e Capellanorum numero esset, a Capitulo singulis annis eligendi, soluto ipsis stipendio, Codicibus conservandis praeessent*[7].

Itaque inceptum a CLEMENTE *Pont. Max. aedificium, ad finem deduxit* COSMVS I. *Magnus Etruriae Dux; cuius quidem rei bene gestae memoriam ne longa obliteraret vetustas, tres in marmore inscriptiones sunt positae. Prima erectionem innuit, ac supra portam, qua aditus in ipsam patet apposita, sequens est:*

DEO
PRAESIDIBVSQVE FAMILIAE DIVIS
CLEMENS VII. MEDICES
PONT. MAX.
LIBRIS OPT. STVDIO MAIORVM
ET SVO VNDIQ. CONQVISITIS
BIBLIOTHECAM
AD ORNAMENTVM PATRIAE AC
CIVIVM SVOR. VTILITATEM
D. D.

Binae vero aliae dedicationem innuunt, eaeque similes, auratis insculptae litteris, supra utriusque portae, qua interius aedificium respiciunt, collocatae, ita habent:

BIBLIOTHECAM HANC
COS. MED. TVSCORVM
MAGNVS DVX I.
PERFICIENDAM CVRAVIT
AN. DNI. MDLXXI. III. ID. IVN.

Verum non modo Bibliothecam COSMVS *absolvit, aditumque studiosis hominibus patefecit,*

(1) Opifex pavimenti fuit NICOLAVS dictus IL TRIBOLO, teste VASARIO P. III. p. 741. & 412. qui illud tessellato opere, ex lateribus albis, & rubeis, mirifica quidem arte composuit. Hic quam lepide castigaverit Abbatem NVRSIANVM Vallisumbrosae Monachum admirabili huius Bibliothecae opificio inludentem, legi potest in prima Coenarum ANT. FRANC. GRAZINI, vulgo il LASCA, nuperae editionis Londinensis.

(2) Laquearis opifices fuerunt ANTONIVS vocatus il CAROTA, & TASSVS, ut refert VASARIVS in vita M. A. BONARROTAE P. III. p. 743.

(3) Non compactae sunt fenestrae vitris in fornace coloratis; sed in crystalli quadratis laminis, floridi, vivique colores, tenaci glutine inmixto, in adversa parte elegantissime dispositi sunt. Picturae genus illud est, quod *Cryprica*, vulgo *Grottesca* nuncupatur, eo quod in Romanis cryptis adinventa, iis temporibus in lucem protracta, sive in usum revocata, vel in melius redacta, communi plausu excepta fuerit. Vid. VASARIVM in vita MORTI Feretrensis P. III. Vol. II. p. 223. seq. & p. 576. seq.

(4) Artifices Pluteorum memorantur BAPTISTA del CINQVE, & CIAPINVS. Plutei sunt ex nuceo ligno, anaglyphorum opere solido, in exteriori prospectu affabre iuxta BONARROTAE modulos exornati. Consule VASARIVM T. III. p 398.

(5) Nostra potissimum cura effectum est, ne haec pretiosissima Codicum librorumque congeries distraheretur. Ipsi enim e tenebris ereptae, iam iamque fugienti, ut manus paullo ante iniiceretur, eaque publicae retraheretur utilitati, curavimus. Pars huius rarissimae Bibliothecae in MEDICEAM, pars in MAGLIABECHIANAM invecta est.

(6) Exstat in Bullario Laurentiani Capituli, & in Bibliotheca apographum.

(7) De horum Custodum officio agit Caput XXII. Constitutionum insignis Collegiatae Ecclesiae S. LAVRENTI Florentiae apud Pignorium MDCXVII. 4.

cit; sed etiam ex aliis Etruriae Italiaeque Bibliothecis Codices non paucos in ipsam intulit [1]. Heinc eo potissimum tempore numisma illud percussum fuisse crediderim, quod ab IOANNE PODI BALDOVINETTO Patricio Florentino adservatur. In parte ipsius anteriori COSMI bustum inspicitur, adscriptis litteris, COSMVS. MED. FLOREN. ET. SENAR. DVX. II. In aversa vero MEDICEAE Bibliothecae ianua sistitur, apertis referta Codicibus, adiectoque lemmate, PVBLICAE. VTILITATI. PETRVS VICTORIVS primus editor Librorum IV. PORPHYRI Philosophi περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, quos e MEDICEAE Bibliothecae Codice XV. Plut. LXXX. exscripserat, in fronte libri, in lucem emissi A. MDXLVIII. [2] hunc eumdem numum adposuit. „ Ac revera inter varias, multiplicesque (ut FRANC. TAVRELLI verbis utar [3]) COSMI actiones, quas Europa fere tota devenerata est, in postremis illa habenda non est, qua universum litteratorum coetum sibi arctissime devinxit; praemiis primo, quod gentilicium illi erat „ & infra paucis interiectis „ Quod vero selectorum librorum thesauri, usque a magno illo COSMO seniore in haec sua tempora summa diligentia, maximo sumtu e diversis orbis partibus in vestram MEDICEAM Bibliothecam convecti, tuo munere nunc edantur; hoc proprium tuum agnoscimus, hoc tibi uni acceptum ferimus. Tu relictas a maioribus tuis opes non sinis despectas, atque inutiles armariis cancellisque conclusas delitescere, aut vix paucorum non dicam usui, sed adspectibus patere expositas; verum illas, & quidem maximas sinu effundis. Itaque quod ii coeperunt, tu perfecisti; quod mente agitarunt, tu confirmasti „. Ab eodem COSMO renovatam cecinit Laurentianam Bibliothecam non obscuri nominis vates SEBASTIANVS SANLEOLINVS [4]. Neque id poëtice magis, quam vere dictum crediderit, qui rariores insigunioresque huius Bibliothecae Codices ab eo comparatos noverit; ut suis locis ex Catalogo nostro patebit, & litterae ipsae testantur, quas pro Codicibus conquirendis Pinnae, Atriaeque Episcopus GVIDIVS, COSMI Principis nomine, sollicitus exaravit [5]. Simili modo ab ANTONIO EPARCHO Graeco homine, cui a MARCELLO II. & PIO V. demandata provincia fuerat, Graecos per totam Graeciam comparandi Codices, ut in Vaticanam inferrentur, nonnullos coëmerat COSMVS [6]. Ad Hebraicos vero Codices interpretandos lego in litteris datis ad Cardinalem PACECHVM Civitatensem III. eid. Februarii A. MDLXVII. centum aureorum stipendio ab eodem COSMO, VENTVRAM quemdam Iudaeum Perusinum, qui tunc Mantuae morabatur, Florentiam fuisse conductum.

Nec qui subsequuti sunt Magni Etruriae Duces Laurentianam locupletandi Bibliothecam, curam omnino abiecerunt. Hos inter memorare lubet FRANCISCVM I. M. E. D. a quo plurimis ipsam auctam fuisse Codicibus testantur PETRVS ANGELIVS BARGAEVS, & LAVRENTIVS IACOMINIVS TEBALDVCCIVS in Orationibus eiusdem Principis parentalibus, ac PETRVS ipse VICTORIVS in Praefatione Aristotelis. Eius exemplo FERDINANDVS itidem Primus, M. E. D operam huc quoque suam transtulit, quod fuse depraedicat ROBERTVS TITIVS Burgensis. IVLIANVS vero GIRALDIVS, & IACOBVS SOLDANIVS [7] in funebribus itidem Orationibus Florentiae editis opportune commemorant, a Magno illo Duce HIERONYMVM, & IOANNEM BAPTISTAM VECCHIETTOS, Orientalium linguarum peritissimos, stipendio conductos, missosque ad veteres per Orientem Codices conquirendos. COSMO quoque III. suum debet incrementum Bibliotheca; in hac enim Codices nonnullos, in iisque Sinicos aliquot sibi datos muneri reponi mandavit.

Sed, ut unde discessimus, revertamur, absoluta ac reserata feliciter MEDICEA Bibliotheca, eidem BACCIVM BALDINIVM archiatrum suum, Physicum & Philosophum praestantissimum COSMVS praefecit; quo in munere subsequuti sunt BACCIVS VALORIVS, Eques ac Senator Florentinus, IOANNES RONDINELLIVS, Patri-

cius

(1) Prae reliquis, MATHIAE LVPI, NVCCI filii de S. GEMINIANO, quod oppidum in Etruria est, iurisconsulti, eodemque in oppido canonici ac poëtae laureati, amplissimum manuscriptorum thesaurum, in MEDICEAM intulit COSMVS. Vid. LAVR. MEHVS in Vita AMBROSI p. CCCLXXIX. Alios obtinuit Codices ex Septimana ordinis Cisterciensis, ex Messanis ac Romanis Bibliothecis.

(2) Hunc habet titulum: *Porphyrii Philosophi de non necandis ad epulandum animantibus Lib. IV. Eiusdem selectae brevesque sententiae ducentes ad intelligentiam rerum, quae mente noscuntur. Michaëlis Ephesii scholia in IV. Libros Aristotelis de partibus animantium e Medicea Bibliotheca. Florentiae in officina Bernardi Iunctae* MDXXXXVIII. *in fol.*

(3) In Dedicatione Pandectarum ad COSMVM I. M E. D. Florentiae in officina LAVR. TORRENTINI, MDLIII. fol.

(4) Cosmianarum Actionum Lib. II. Flor. MDLXXVIII. 4.

(5) Harum nonnullae exstant in Cod. nostro XC. PL. XCII. Ex una ad Cardinalem DE MONTE, qui fuit deinde IVLIVS III. P. M. data IX. Kal. Febr. A. MDLXVII. patet Medicei VERGILI, omnium antiquissimum exemplar ab eodem Cardinale COSMVM MEDICEVM obtinuisse.

(6) Id patet ex EPARCHI ad Card. SIRLETVM Epistola data V. Eid. Iulii MDLXVIII. quam in annotationibus suis ad Epistolas IVLI POGGIANI edidit Romae MDCCLVI. Vol. II. pag. 312. HIERON. LAGOMARSINIVS S. I.

(7) ALPHONSVS BORELLVS in Ep. Nuncupatoria ad COSMVM III. tunc Etruriae Principem, editioni APOLLONI PERGAEI praemissa, ordine quosque suo Duces MEDICEOS commemorat, quibus Laurentianae Bibliothecae cura cordi fuit.

cius Flor. ALEXANDER MEDICES, VITALIS *filius*, HORATIVS ORICELLARIVS, *Equitum D.* STEPHANI *Prior; qui tamen raro Bibliothecam invisere consueverunt, tum quod ab aulicis plerumque curis distraherentur, tum quod ibi reconditos verae sapientiae fontes vix leviter attigissent. Heinc duobus illis Custodibus, de quibus dictum est supra, a Laurentiano Capitulo quotannis ex praescripto* CLEMENTIS VII. *Pont. Max. eligendis tradi coepta est. Verum hi quoque Ecclesiae sacris addicti quum essent, rarissime, ac tantummodo ut eruditis advenis morem gererent, augustum hoc musarum sacrarium adibant. Providentia tandem* CLEMENTISSIMI CAESARIS FRANCISCI *Romanorum Imperatoris semper Augusti, Magnique Etruriae Ducis factum est, ut tam insignis pretiosissimorum Codicum congeries ab angustiis, quibus premebatur erepta in propatulo collocaretur. Ille siquidem post LXX. & amplius annos, ex quo* MEDICEI *Bibliothecarii munus a Magno Etruriae Duce nemini collatum fuerat,* ANT. MAR. BISCIONIVM, *Laurentianae Ecclesiae sacerdotem, ea dignitate decoravit; quippe qui in Thuscanicis Codicibus volutandis, aut exscribendis non mediocrem veterum membranarum notitiam fuerat adeptus. Nos huic successimus, licet immeriti, A.* MDCCLVII. *plurimis ab Augustissimo Imperatore nostro* FRANCISCO *privilegiis* [1] *aucti, ne vacandi litteris deesse nobis ulla umquam posset occasio.*

Et haec satis de MEDICEAE *Bibliothecae origine, & incrementis dicta sint: nunc ad operis nostri institutum eruditis patefaciendum gradum faciamus. Ac primo quidem commemorandi occurrunt, qui in nostris vel recensendis, vel illustrandis, vel publica luce donandis Codicibus studium operamque suam contulerunt. Omnium primus* ANTONIVS AVGVSTINVS *fuit, Archiepiscopus postea Tarraconensis, incomparabilis quidem vir, qui anno circiter* MDXLII. *Codices ferme omnes ad ius Civile & Canonicum pertinentes diligenter excussit, ac singulorum accuratissimas recensiones, vel initio, vel in fine voluminis adposuit* [2]. *Accedit eadem aetate* PETRVS VICTORIVS, *Patricius, ac Senator Florentinus, cuius merita in perpendendis* CICERONIS & ARISTOTELIS *Codicibus, necnon ineditis Graecis Auctoribus in lucem proferendis, satis superque persequuti sumus in eius Vita editioni Epistolarum ad claros Italos, ac Germanos, quas tribus voluminibus Anno* MDCCLIX. *seq. in turbam dedimus, praemissa. Per haec ferme tempora anonymus ille titulum Codicum exteriorem, qualiscumque sit, in pagellis exaravit, quas iuxta Pluteorum ordinem Romano numero distinctorum, sicut hactenus exstant, in ipsorum prospectu anteriori adfixit, quo facilius Codices ibi coacervatim in catenis positi, illius indiculi ope, manibus efflagitantium praesto essent: quae quidem pagellae, erroribus licet foedissimis refertae, tanti tamen habitae sunt, ut eas omnes Anno* MDCXLI. HENRICVS ERNSTIVS *sub* FERDINANDO II. *M. E. D.* [3] *in lucem dederit, cum hoc titulo: „ Catalogus Librorum refertissimae Bibliothecae* MEDICEAE, *quae adservatur Florentiae in Coenobio S.* LAVRENTI *editus ab* HENRICO ERNSTIO *I. V. D. & Academiae Soranae Professore ordinario, Amstelodami*

(1) Vt qui in hoc munere obeundo subsequentur, certo sciant, quae regii Bibliothecarii sint iura, quique proventus; adferimus heic duo Caesaris diplomata nobis, successoribusque nostris benigne concessa, quae in Bibliotheca, & in Laurentiani Capituli Archivo adservantur.

Vuole SVA MAESTA' IMPERIALE, *che il suo Regio Bibliotecario della Libreria Laurenziana, quando accaderà che sia prescelto dal Clero di S.* LORENZO, *e che similmente il Coadiutore del predetto Bibliotecario, quando la* MAESTA' SVA *si compiaccia destinarlo, e presceglierlo dal predetto Clero, venghino sempre considerati nelle Distribuzioni Corali come attualmente impiegati in servizio della Chiesa, e della* MAESTA' SVA *a forma del Cap. 37. delle Costituzioni di detta Collegiata, e nel modo che è stato praticato col Canonico* BISCIONI, *e suoi Coadiutori. Vuole altresì, che il predetto Regio Bibliotecario continui ad avere una chiave privativa della predetta Libreria nel modo che teneva il Canonico* BISCIONI, *e goda pacificamente di tutte le facoltà attribuite al medesimo, e suoi antecessori, talchè niuno possa avere accesso alla predetta Libreria senza la sua presenza o intelligenza, e i Custodi Capitolari non possino introdurre persone estranee senza consenso del Bibliotecario, e si debbino uniformare in tutto e per tutto alle di lui istruzioni. E per la pulitezza della Libreria, e per le spese che occorreranno per il di lei mantenimento, per fuggire ogni questione che potesse insorgere, il Bibliotecario suddetto dovrà ogni sei mesi presentarne la nota al Consiglio di Reggenza corredata colle opportune giustificazioni, che da questo saranno dati gli ordini al Capitolo per il pagamento a forma di quanto esso è obbligato. E il Luogotenente, e Operai della Chiesa di S.* LORENZO *diano immediatamente gli ordini opportuni per l'esecuzione. Dato in Reggenza li sei Marzo mille settecento sessanta.*

MARCHESE BOTTA ADORNO.

ROBERTO PANDOLFINI.

Il Canonico BANDINI *Regio Bibliotecario della Libreria Laurenziana, e similmente il Coadiutore del predetto Bibliotecario per quando sarà destinato deve godere di tutte le Distribuzioni Corali, diurne, e notturne, ordinarie, e straordinarie, niuna affatto eccettuata, e tanto decorse, che da decorrere, senza la minima difficoltà, perchè debbono considerarsi come sempre, e in ogni tempo impiegati in servizio della Chiesa, e della* MAESTA' SVA, *come spiegano abbastanza i Motupropri spediti per il detto Canonico* BANDINI, *e per il Canonico* BISCIONI *suo Antecessore, come porta la natura delle loro incumbenze, e delli studi, che debbono professare, che non restano circoscritti nè da ore, nè da luogo, e come è stato deciso ed eseguito nelle simili controversie indebitamente suscitate contro il Canonico* BISCIONI, *e che non si debbono in oggi risvegliare. E il Luogotenente, e Operai della Chiesa di San* LORENZO *diano gli ordini opportuni, perchè senza ulterior replica siano dagli Vfiziali del Capitolo eseguiti in ogni parte detti Motupropri, non ostante. Dato in Reggenza li ventisei Giugno mille settecento sessanta.*

MARCHESE BOTTA ADORNO.

R. PANDOLFINI.

(2) Id in nostro de Politianeis Pandectis Commentario animadvertimus Liburni A. MDCCLXI. in 4.

(3) Id ex Praef. eruitur pag. 7.

mi apud Ioannem Ianſonium MDCXLI. 8. [1] „ ERNSTII *veſtigiis inſiſtens, Theologicos notaverat* THEOPHILVS SPIZELIVS [2].

Non multo adcuratiores in retexendo, curſim nec ſine maculis, indice fuerunt, XII. *Kal. Sept. A.* MDLXXXIX. Io. RONDINELLIVS, *&* BACCIVS VALORIVS, *qui non ſingulorum modo Pluteorum Codices alphabetice, ſed etiam facultatum diſtinctionem enumerarunt, Volumine membr. in folio pag.* 46. *cum hoc titulo* „ *Huius Bibliothecae libri in hunc ordinem diſpoſiti ſunt, ut a dextris ſurſum verſus incipiendo a primo Pluteo, uſque ad* XXVII. *libri de Theologia hoc ordine digeſti ſint, ut primo Ebraea: deinde Graeca: poſtea vero Latina: ultimo autem Etruſca volumina repoſita ſint. A* XXVIII. *uſque ad* XXX. *Mathematica. A* XXXI. *uſque ad* XXXXIV. *Poëtica. A* XXXXV. *uſque ad* LX. *Humaniora. Deinde a* LXI. *uſque ad* LXX. *Hiſtorica. A* LXXI. *uſque ad* LXXII. *Logica. A* LXXIII. *uſque ad* LXXV. *Medica. Philoſophica vero a* LXXVI. *uſque ad* LXXXVII. *Et omnia haec volumina eodem ordine, quo Theologica, diſpoſita ſunt, & iuxta ſeriem Alphabeti. At in ultimo Pluteo, qui* LXXXVIII. *repoſiti ſunt plures libri Ebraei de variis facultatibus* „. *Hunc autem ideo titulum adtulimus, ut unuſquiſque intelligere poſſit, quae ſit Codicum huius Bibliothecae ſeries, ac diſpoſitio, hactenus ſervata; quaeque, licet undequaque claudicans, ſervanda tamen neceſſaria eſt in poſterum, ne tot ſcriptoribus, a quibus paſſim citantur, ordine ipſorum mutato, tenebrae offundantur.*

Vtinam tamen quam iis ſedem primitus deſtinarunt, in ea poſtmodum manere paſſi fuiſſent; nec qui deinceps ſequuti ſunt Bibliothecae Praefecti, & Cuſtodes magis magiſque turbaſſent. Haud ea certe tanta Codicum materiarumque confuſio, qualem ex Catalogo noſtro unuſquiſque deprehendet, eveniſſet. Io. RONDINELLIVS *nimia mox actus religione, nonnullos Codices e Pluteis in armarium quoddam detruſit, quod nuper ſublatum fuit, ut nova aedicula ad Gaddianos Codices adſervandos conſtrueretur* [3]. *Quo quidem in loco iuxta* BONARROTAE *modulum triangulare aedificandum erat receptaculum, ni ſpatium ad id a ſapientiſſimo relictum architecto, profanos in uſus, ſuperiorum temporum incuria ab iis, qui proxime inhabitant, redactum incredibili Bibliothecae damno fuiſſet.* LAELIVS TAVRELLIVS, *qui apud* COSMVM I. *ſupremis fungebatur honoribus, Politianeas habuit Pandectas, quum novam Codicis Palatini editionem moliretur, quae poſtmodum humanarum rerum vicibus diſtractae, a nobis repertae tandem ſunt, ac* MEDICEAE *Bibliothecae reſtitutae* [4]. CVRTIVS PICHENA, *a* FERDINANDO I. *M. E. D. cuius a ſecretis munere fungebatur, veniam obtinuit, ut ad ſuum illuſtrandum* TACITVM, *Laurentianos Codices non paucos domum ſuam adſportaret* [5]. *Id ipſum conceſſum eſt* ANTONIO POSSEVINO, *qui Catalogum Mediceorum Codicum ſibi confecit, ediditque ad calcem Apparatus ſacri A.* MDCV. *aliquanto meliorem, quam* ERNSTIVS, *teſte* FABRICIO *in Epiſtola Prodromo Hiſtoriae Litterariae Cl.* LAMBECI *praemiſſa. Hinc factum arbitramur, ut, nonnullis Codicibus ab impia manu ſublatis, aliis deperditis, aliis ignavia, aut inſcitia hominum male locatis, anno* MDCXX. PHILIPPVS FONTANA *huius Eccleſiae Canonicus, & Bibliothecae Cuſtos, a Laurentiano Capitulo conſtitutus, novum Indiculum, qui pagellis conſtat* LXVI. *ex eo, quem* BACCIVS VALORIVS, *ac* RONDINELLIVS *reliquerant, minus prudens refrixerit, ut ſaltem celebriores Codices ad manus eſſent efflagitantium* [6]. NICOLAVS *quoque* BRVNETTIVS, *&* BARPTOLEMAEVS MASELLIVS, *Laurentiani itidem Cuſtodes, mutilos, peſſimeque adfectos Codices invenientes, detruncatorum* LX. *Codicum indiculum contexuerunt* [7]. REGALIS *vero* PIERACCINIVS *Bargaeus Cuſtos, & ſacerdos eiuſdem Eccleſiae, qui A.* MDCXLII. *primus, diſcrimine linguarum, mox materiarum, uti* RONDINELLIVS *egerat, diſtinctos Codices in Catalogum ſuum elegantius conſcriptum paginis* 75. *in* 4. *redegit, tres indiculos alphabetico ordine elucubratus eſt, in quarum primo Latinos & Italicos, in ſecundo Graecos, in tertio Orientales concluſit.*

Per id quoque tempus, anno videlicet MDCXL. *Florentiam advenit* LVCAS HOLSTENIVS [8], *& quum hanc non ſine animi ſui admiratione Bibliothecam perluſtraret*, de-

C

(1) Hunc Catalogum ex pagellis Pluteorum, non Codicum inſpectione fuiſſe compoſitum animadvertit H. MEIBOMIVS ad VOGLERI introductionem.

(2) Sacr. Bibliothecar. III. Arcan. reteêt. Auguſtae Vindelic. A. MDCLXVIII. p. 81.

(3) Huius aediculae deſcriptio legitur in Ephemerid. Litter. Florentinis Anno MDCCLVI. N. 35.

(4) Conſule quae hac de re praefati ſumus in citato noſtro de Politianeis Pandectis Commentario.

(5) Editio TACITI ex CVRTII PICHENAE recenſione omnium optima eſt Francofurtenſis apud CLAVDIVM MARNIVM MDCVII. *Innititur* (ait) *praecipue induſtria mea duobus exemplaribus Florentiae in inclyta* MEDICEA *Bibliotheca adſervatis.*

(6) Exſtat Cod. XCIV. Pl. XCII. ſup.

(7) Cod. LXXXIX. Pl. XCII. ſup.

(8) Vid. eius Epiſtolas ad Io. BAPT. DONIVM a nobis editas in calce Commentarior. de vita eiuſdem DONI pag. 63.

deque praestantioribus Codicibus, praecipue Graecanicis, iudicium ferret, pauca quaedam in schedis adnotavit, quas LEOPOLDO MEDICEO Etruriae Principi dono dedit [1]. Tanti ingenii viro, non minor in aestimandis Laurentianis Codicibus successit, Danorum doctissimus, WILLELMVS LANGIVS, qui A. MDCLII. qua erat Orientalium linguarum cognitione instructissimus, Orientales tantum, Graecosque Codices recensuit [2]. Verum dum ille uno ictu oculi tentat omnia percurrere, multa praetermisisse, & in nonnullis aliquando ob exteriores Codicum titulos deceptum, passim in nostro conficiendo Catalogo adnotavimus. Ex hisce posterioribus forte ille fuit excerptus, quem NICOLAVS HEINSIVS, favente LEOPOLDO MEDICEO Etruriae Principe, CHRISTINAE Augustae, Svecorum Reginae, dum Florentiae degeret anno MDCLII. muneri dare se tradit Epistola DCLIX. & DCLXX. Tom. V. edit. Burm. Quod vero ad Orientales Codices attinet, PETRVS BENED. MARONITA, Arabice AMBARACHIVS, in Pisano Athenaeo publicus sacrarum litterarum Professor, a COSMA III. perhonorifice exceptus A. MDCLXXXV. multa de Orientalibus Codicibus notatu digna scripta reliquit in Cod. LXXVII. Plut. XCII. Paullo post, anno videlicet MDCLXXXVI. Florentiam venit IOANNES MABILLONIVS, cui iussu COSMAE III. MAGLIABECHIO duce, reserata est Bibliotheca, datusque amanuensis, ad ea describenda, quibus opus haberet [3]. Mox vero longe maiora praestitit Benedictini Ordinis decus, & ornamentum, BERNARDVS DE MONTFAVCON, qui A. MDCCI. duobus mensibus, Martio, & Aprili, omnes a Pluteo I. ad LXX. scrutatus est Codices. Huic iussu item COSMAE III. cui Diarium Italicum inscripsit, Laurentianus Catalogus in Galliam transmissus, editusque ab eodem est Parisiis A. MDCCXXXIX. Tom. I. p. 239. Bibliothecae Bibliothecarum. Qua in re operam illi suam impenderant, ANT. MAR. SALVINIVS, in Florentino Athenaeo Graecarum Litterarum Professor ad memoriam posteritatis insignis, & FRANC. MAR. DVCCIVS Bibliothecae custos optime meritus, qui SALVINIO in Graecis praeeunte, Catalogum, omnium, qui antea prodierant, locupletissimum concinnavit. Verum incredibile dictu est, quot praestantissimorum scriptorum opuscula praetermiserint, quot, titulo decepti, qui vel in fronte, vel in tergo adpositus erat, falso inscripserint, quot denique illorum oculos effugerint, dum qua Codicum mutilatione, qua titulorum omissione non animadversa, plura interdum opera, quae ad diversos pertinebant auctores, uni eidemque adiudicarunt. Addas etiam non pauca, quae intus, aut in singulis latebant rerum, & doctrinae argumenta, ab ipsis vel penitus omissa, vel levissime fuisse repraesentata.

Multa ab IACOBO TOLLIO excerpta, plurima ab ANTONIO COCCHIO Mugellano, aeternae memoriae viro. Hic postremus celeberrimam Chirurgicorum collectionem evulgare iam coeperat; veterumque Codicum omnium ad Medicinam pertinentium, quotquot heic adservantur, iam ab annis MDCCXXI. XXII. & XXVII. recensiones, nonnullorum etiam scripturae specimina, & ab impressis variantes lectiones sibi descripserat, ut ipse fatetur in Praefatione NICETAE [4]. Neque his contentus, plures subinde insigniores contulit Codices, puta A. MDCCXXXI. HORATI Codicem I. Plut. XXXIV. quem FRANCISCI PETRARCHAE fuisse ferunt, PHILONIS, DIODORI SICVLI, Georgicorum VERGILI, Rei Rusticae scriptorum. Quin etiam A. MDCCXXXII. delineavit, aerique iussit incidi specimen scripturae vetustissimi Codicis VERGILI Plut. XXXIX. & Epigrammatis ibi autographi ASTERI Consulis. Hunc vero optimum omnium, quotquot exstant VERGILI Codicem, Cl. PETRVS FRANCISCVS FOGGINIVS, Vaticanae Bibliothecae custos, & amicus meus, publico bono descripsit A. MDCCXLI. Tullianos Codices integro decennio evolvit, accurateque recensuit HIERONYMVS LAGOMARSINIVS S. I. quos caliginosa nocte, non sine litterariae reipublicae damno, premit. Voluit & celeberrimus IO. LAMIVS optime de Laurentianis mereri Codicibus, quorum recensiones, vel editiones in plurimis suis operibus, Eruditorumque Deliciis, ubi sese ei occasio obtulit, in vulgus prodidit. Adiungendus amplissimus Apameensis Archiepiscopus, STEPHANVS EVODIVS ASSEMANNVS, qui Palatinae Bibliothecae conscripto Florentiae Orientalium Codicum Catalogo, & A. MDCCXLII. splendidissime edito, Codices tantummodo XIX. insigniores Plutei I. & XLIV. duxit adiungendos. LAVRENTIVS MEHVS, Litterariae Florentinorum historiae sollertissimus indagator, multa ex MEDICEA Bibliotheca deprompsit, cuiusmodi sunt Epistolae LEONARDI ARRETINI, LINI COLVCCI PIERI SALVTATI,

FRANC.

(1) Apographum habet Cod. LXXVII. Plut. XCII. sup. Has tamen edidit Regiomonti A. MDCCXV. MICH. LILIENTHAL Tom. I. Select. Histoiic. & Litterar. cum hoc titulo: LVCAE HOLSTENI de libris optimis, & maximam partem ineditis Bibliothecae MEDICEAE indicium &c.

(2) HOTTINGERVS ait longe praeferri Indicem, quem edidit ERNSTIVS, illumque p. 136. laudavit Epistola in Prodromo Litterar. PETRI LAMBECI, Lipsiae MDCCX. IO. ALB. FABRICIVS.

(3) Multos heic dies investigandis, describendisque Codicibus se impendisse ait p. 165. Musei Italici.

(4) Praemissa Graecorum veterum SORANI, & ORIBASI Chirurgicis libris Florentiae typis Caesareis A. MDCCLIV. fol.

FRANC. PETRARCHAE, AMBROSI *Generalis Camaldulensium*, LEONARDI DATHI; CYRIACI ANCONITANI *Itinerarium*, *Vitae* DANTIS, BOCCACCI, PETRARCHAE, *ac Magnifici* LAVRENTI, *Epistola* LAPI *de* CASTIGLIONCHIO, *cum appendice documentorum veterum*; *de discordiis Florentinorum* BENEDICTI COLVCCI *Pistoriensis opusculum*, *aliaque huius generis ab eodem, laudabili consilio nuperis annis vulgata* [1].

Nunc de ANTONIO MARIA BISCIONIO, *qui Anno* MDCCXLI. *regius Bibliothecarius, post* HORATIVM ORICELLARIVM *renunciatus est primus, verba faciamus. Fuerat hic inter Laurentianos clericos educatus; quumque ipsi pluries Bibliothecae Custodis officio pro Laurentiano Capitulo fungi obtigisset, in illa plures annos insumpsit. Vir autem Thuscanicis potissimum scriptoribus illustrandis deditus, nonnullos ex iis typis evulgavit, alios adnotationibus locupletavit, alios pristinae restituit integritati. Quin etiam integrum* BOCCACCI *Decaemeronem, bis, eadem ferme litterarum forma, versuumque intervallo, ut amicorum genio indulgeret, improbo prorsus labore, descripserat. Quum vero, mortuo* DVCCIO, *in rem suam, soluto pretio eius schedas transtulisset, statim de toto edendo Catalogo cogitavit, ac priorum* XVI. *Pluteorum recensiones, speciminis loco publicandas anno* MDCCXXIV. *Londinum misit. Verum non multo post consilium mutare coactus est; quum eumdem prorsus Catalogum a* DVCCIO, SALVINIO, *ut diximus, duce concinnatum, a* BERNARDO MONTFAVCONIO *Parisiis in publicam proferri lucem audisset* [2]. *Tandem Laurentianae Bibliothecae Regius Praefectus renunciatus est, uti mox innuimus, VII Kal. Novembris A.* MDCCXLI. *Qua nova auctus dignitate ad uberiorem concinnandum Catalogum animum convertit; utque tantum onus alacriter adgrederetur, multa illi ab Augustissimo* CAESARE *conlata sunt beneficia; quibus veluti stimulis expergefactus, primum Orientales Codices illustrandos suscepit, qui sunt* CCXIV. *Verum quum manum operi admoventi septuagesimus quintus aetatis annus ageretur, ac deinde per quinque annos admodum esset cunctatus, imperfectum opus reliquit. Provinciam igitur Orientales Codices recensendi P.* FRANCISCO RIZZONIO *in Vaticana Bibliotheca scriptori optime merito demandaverat* [3], *qui summa fide ac diligentia praestitit, quod ante ipsum nemo, quum in ipsorum recensionibus fuerit vel minima consectatus. Graecorum vero Codicum describendorum curam iniunxerat* ROMVLO CIRYLLO MARTINIO, *presbytero Florentino, suo in Bibliotheca adiutori, iuveni Graecarum litterarum, ac criticae cognitione, librariaeque antiquitatis usu non leviter instructo. Res quae bene coepta fuerat, & ad totum usque Pluteum* IV. *unde Graecorum Mss. series incipit, continuata, postremis* BISCIONI *temporibus fuit variis de caussis interrupta. Quum enim simultates quaedam inter eos obortae essent, munus tandem abdicare coactus* MARTINIVS, *alio* [4] *secessit, & in eius locum suffectus fuit* PETRVS ANDREAS IVLIANELLVS, *presbyter itidem Florentinus, qui paucis post mensibus,* BISCIONIO *e vivis sublato, Regii Bibliothecarii interini, ut vocant, vices substinuit, & Orientalium Codicum volumen, quod prudenti consilio,* BISCIONIO *superstite,* MARTINIVS *cunctando, edere recusaverat, voluit ipse in publicum protrudere, additis insuper Graecorum Codicum Pl.* IV. *adumbrationibus, quas laudatus* MARTINIVS *pro secundo Catalogi volumine studiose congesserat.*

Nobis itaque ab Optimo CAESARE MEDICEAE *Bibliothecae cura delata, statim serio cogitare coepimus, qua ratione tam arduum opus, & aleae plenum periculosae ordiremur, & ad optatum finem perduceremus. Maximam autem spem animo conceperamus, quum in Prolegomenis Orientalium Codicum Catalogo ab editore praemissis, legissemus, totum Laurentianae Bibliothecae Catalogum fuisse a* BISCIONIO *exaratum. Vix tamen ea volutare coepimus volumina, quae post eius obitum, in* MEDICEAM *in-*

(1) Commemorandi etiam sunt BEROALDVS, IO. BAPT. DONIVS, VOSSIVS, COKIVS, GRONOVIVS, VIDIVS, HEINSIVS, ROBORTELLVS, LANGERMANNVS, Auctores Actorum SS. quae Antuerpiae evulgantur, EMERICVS BIGOTIVS, ANT. MAGLIABECHIVS, ANT. MAR. SALVINIVS, ALEX. POLITES, THOMAS BONAVENTVRI, GORIVS, DRACKEMBORCHIVS, CARACCIOLVS, IOANNES BOTTARIVS, LVCHINIVS, ANG. MAR. RICCIVS, IO. THEOPHILVS KOBERVS, HAVERCAMPVS, DORVILLIVS, OVDENDORPIVS, qui aut MEDICEOS Codices contulere, aut opuscula inedita exscripsere. Et quoniam de iis, qui Codices vel contulerunt, ve exscripserunt mentio incidit: quot & quam diversi essent in Vrbe Florentia Codicum scriptores, investigatores, possessores, ex Epistolis AMBROSI Camaldulensium Generalis Florentiae nuper editis, magis patet. Iis quos supra pag. XI. in notis nominavimus, adiungendi quoque sunt, PETRVS CENNINIVS Flor. IOANNES PETRI de Stia, NICOLAVS CHIANIGIANI, Civis, & Grammaticus Pisanus. ANT. SINIBALDVS, MARIANVS IOANNES BONINCONTRIVS, huius Basilicae Canonicus, Fr. LEONARDVS VBERTIVS, PHILIPPVS vulgo NANNIS SACCI de Pistorio, PTOLEMAEVS Lucensis, ANT. MARII filius, Civis, & Notarius Flor. IO. ARRETINVS, BERNARDVS FRANCISCI de AMBRA, BENEDICTVS ANDREAE GINI, LAVR. BENVENVTI, PAVLVS DVCCI Tosi Pisanus, BARPTOLEMAEVS VESPVCCIVS, DOMINICVS Pisciensis, ANGELVS DONATVS, IACOBVS TRAVERSAGNVS, HIERONYMVS MARTINVS, MARIVS DE CASTRO Bononiensi, Vmbrosae Vallis monachus, IVLIANVS ANDREAE Emporiensis, M. NICOLAVS VISSANIVS.

(2) Prodiit Parisiis A. MDCCXXXIX. in Bibliotheca Bibliothecarum Tom. I. p. 239. seqq.

(3) Id patet ex Epistolico utriusque commercio, immo ex autographo totius Operis, quod in Bibliotheca adservatur Pl. XCII.

(4) Videlicet in Graeciam, ubi perquam honorifice exceptus est.

inferri IVLIANELLVS *curaverat*, *quum animadvertimus*, *nihil aliud ea continere praeter Indicem* MEDICEORVM *Codicum a laudato* DVCCIO *exaratum*, & *a celeberrimo editum* MONTFAVCONIO, *ut per se quisque ex utriusque collatione dignoscere potest*; *schedas vero*, *indiculosque*, *ab aliis qui praecesserant*, *quosque supra recensuimus*, *variis perscriptos temporibus*, *nihil operi nostro adiumenti fore adlaturos*: *quum praeter nonnullorum operum titulos*, *ac saepe corruptos*, *qui se facili negotio Codices volutantibus offerunt*, *vix quidquam aliud praeseferant*. *Hac igitur spe deiecti*, *totum de integro Opus adgredi*, *necessarium duximus*; *quumque*, *Orientalium Codicum*, *quorum maiorem partem primi tres Bibliothecae Plutei complectuntur*, *recensionibus publica iam luce donatis*, *Graeci Patres*, *atque Ecclesiastici Scriptores consequerentur*; *nos*, *Pluteorum ordine servato*, *eos primo hoc nostro Volumine comprehendendos existimavimus*; *additis etiam in fine*, *Plutei* IV. *Codicibus*, *cum Orientalibus male coniunctis*, *tum quia non paucis erroribus scatere ipsorum descriptiones comperimus*, *tum etiam ut tota Graecorum Codicum*, *ut plurimum Ecclesiasticorum*, *series*, *quotquot in* VIII. *continuis Pluteis potissimum exstant*, IV. *nimirum*, V. VI. VII. VIII. IX. X. & XI. *unico Volumine contenta in vulgus prodiret*.

Verum in tanta praesidiorum inopia, *in hac ingenii nostri* & *facultatis egestate*, *ardua profecto res videbatur*, *vota litteratorum omnium explere*, *ac longo annorum intervallo alte reconditos Graecorum thesauros quasi e profundissimis latebris eruere*, & *in eruditorum conspectum*, *deterso squalore producere*: *deficiebat vel prospecta operis mole animus*. *Sed deficientem erexit*, *hinc Ecclesiasticae laudis incrementum*, *hinc publicae utilitatis studium*, *hinc exterorum desideria atque consilia*. *Animos tandem adflavit*, *vires*, *ingenium*, *doctrinam addidit* FRANCISCI IMPERATORIS, *Clementissimi Principis*, *nobis ad humani generis solatium caelitus dati favor ac patrocinium*, *quo tuti ac securi*, *nostraeque imbecillitatis omnino immemores*, *alacri laetoque animo manum excutiendis* MEDICEIS *Codicibus admovimus*; *attentisque oculis perlectis*, *eorum Catalogum*, *quam fieri potest*, *diligentissime conficere adgressi sumus*, *confectumque*, *nullis parcentes sumtibus*, *typis evulgare*, *ut quot*, & *quantae iis occulerentur litterariae divitiae*, *omnibus certo tandem constaret*. *Qua quidem in re* PETRI LAMBECI, & BERNARDI MONTFAVCONI, *virorum doctissimorum*, *conatus laboresque perutiles*, *nobis imitandos proposuimus*, *ut nihil ultra ad* MEDICEORVM *Codicum notitiam desiderari videatur*.

Nec parum fuit laboris in eo, *quod multoties tituli Codicum exteriores*, *aliud indicant*, *ac sint opera*, *quae intus continentur*; *aliquando alii pro aliis sunt adscripti*, *aliquando omnino omissi*, *aliquando a veris toto caelo aberrantes repositi*, *unde efficitur saepe*, *ut tempus in re nullius fere momenti teratur*. *Nam quum liber aperitur*, *ac titulo consonus non adparet*, *tunc datur dubitandi caussa*, *quam ut plurimum rationi consentaneam exitus comprobavit*. *Nos igitur*, *quo minus in rebus supervacaneis immoremur*, *neque eadem fere in uniuscuiusque Codicis descriptione repetamus*, *indiculorum ab aliis conscriptorum nulla habita ratione*, *post antiquum titulum tegumento Codicis adfixum*, *quicumque sit*, [*cui*, *si spurius omnino fuerit*, *atque erroneus*, *genuinum statim verumque subiicimus*] *ad enumerationem operum in eo contentorum*, *devenimus*: *in quo peragendo singula Codicis folia excutimus*, *quaeque in iis habentur vel minima*, *ut epistolas*, *prologos*, *carmina*, *sententias*, *sive eiusdem*, *sive diversi scriptoris*, *integra fide describimus*, *adposito cuiuscumque opusculi auctore*, & *exscripto*, *prout iacet in Codice*, *titulo*, *initio*, *ac fine*, *prolixiore aliquando eorum operum*, *quae inedita visa sunt*, *quod maxime in eruditorum cuiusvis generis commodum cessurum esse putavimus*. *Instituta deinde cum editis comparatione*, *lectionis*, *aut dispositionis varietatem*, & *quae nondum typis vulgata comperimus*, *adferre placuit*, *quibus novae Sanctorum Patrum*, *atque illustrium Scriptorum editiones exornari quam maxime poterunt*. *Neque a nobis omissum est supposita a genuinis secernere*, *alia inter dubia recensere*, *alia suis auctoribus vindicare*, *corrupta emendare*, *foedata restituere*, *male digesta*, *in ordinem redigere*; *quibus omnibus conficiendis*, *quam immensus labor*, *quantae aleae*, *quanti discriminis negotiique plenus*, *nobis fuerit subeundus*, *iudicent ii*, *qui in tractandis veterum membranis diu noctuque insudaverint*. *Vix enim dici potest*, *quantum laboris*, *taediique ad languorem usque pertulerimus in Codicibus aliquot recensendis*, *partim mutilis*, *partim semiustis*, *partim madore putrefactis*, *tineisque ferme consumtis*; *sive in ipsis integris*, *ubi nullus*, *ut plurimum*, *rerum index*, *nulla Capitum summa occurrit*, *explo-*

plo-

plorandis, enucleandisque, sive tandem in expedienda multiplici, ambigua, intricata scribendi forma, sive in litteris vetustate ipsa caducis, atque oculorum aciem fugientibus, indagandis. Adde spiritus, & accentus, librariorum oscitantia & incuria, saepius omissos, vel male praefixos: adde praeteritas numerorum notas, vel folia a librariis transposita, ac male locata, aliaque huiusmodi vitia, quae legendi, atque intelligendi negotium quam difficillimum effecere. Codices nostros cum variis characterum speciminibus diligenter contulimus, ut ex simili litterarum forma, cuiusque Codicis aetatem statueremus, quorum specimina in tabulis aeri incisis descripsimus. Qui autem temporis notam praeferebant, ii praesto nobis fuerunt, ut de ceteris, scriptionis anno destitutis, iudicium pronunciaremus. Si quae vero alia a primo calligrapho, aut ab aliis subsequentium temporum lectoribus notatu digna, sive in fronte, sive ad calcem, sive in marginibus, seu in ima pagellarum ora scripta fuerunt, ea suis locis integra fide commemoravimus. Ornamenta etiam Codicum, picturas, icones, characteris elegantiam, & varietatem, tum quot constaret foliis, qui in membranis, qui in papyro, & qui in bombyce essent exarati, qui vel initio, vel fine mutili, qui temporis iniuria detriti, qui foedati, aut iniqua manu abscissi, vel abrasi, qui ab imperito bibliopego male compacti, distincte notavimus, unde eorum statum vel bonum, vel malum, qui legerit intelligere statim possit.

Anecdota opera non pauca in hoc volumine passim habentur, quorum ut aliquam lector uno veluti ictu oculi notitiam adsequi possit, placuit ea iuxta paginarum ordinem breviter recensere. Occurrit igitur

I. pag. 17. col. 2. Praefatio NICOLAI MUZANI, *Archiepiscopi Cypri, in Catenam SS. PP. in prophetam* ESAIAM *ab ipso contextam.*

II. Versus iambici in laudem IV. Prophetarum maiorum cum Latina versione, in ESAIAM *pag. 19. col. 2. in* HIEREMIAM *pag. 20. col. 2. in* EZECHIELEM *pag. 21. col. 1. in* DANIELEM *pag. ead. col. 2. in eumque* HIPPOLYTI *Episcopi Romae scholia.*

III. pag. 24. col. 1. EUGENI *Carmen iambicum in plantam quamdam Panhormitanam* Νύμφερον *dictam: eiusdemque aliud in laudem* GULIELMI *Regis. p. 27. col. 2.*

IV. pag. 25. col. 2. IOANNIS *Hydruntini regii Grammatici in Parmam a* FRIDERICO *Imp. subiugatam iambici versus.*

V. pag. 26. col. 1. GEORGI *Chartophylacis Callipolitani de Roma* FRIDERICO *Imp. obviam procedente versus iambici; eiusdemque alii in Parmam rebellem.*

VI. pag. 29. col. 1. GABRIAE *fabulae XX. tetrastichis totidem comprehensae.*

VII. pag. 34. col. 2. seq. Fragmenta SS. PP. ATHANASI, ORIGENIS, CLEMENTIS *Alexandrini,* NILI, & HIPPOLYTI *in Psalmos.*

VIII. pag. 50. col. 2. Anonymi versus iambici in S. DIONYSIUM *Areopagitam; itemque in eiusdem librum de Divinis Nominibus versus heroici Gr. & Lat. p. 57. col. 2.*

IX. pag. 63. AMMIANI *cuiusdam Praefatio, seu Epistola nuncupatoria heroicis versibus conscripta ad* MARCIANUM *Imperatorem,* APOLLINARI *Psalmorum Metaphrasi praemissa, eiusdemque primi tantum psalmi metrica versio.*

X. pag. 65. col. 1. IOANNIS GEOMETRAE *novem Canticorum, quae in sacris leguntur litteris, Paraphrasis iambicis carminibus expressa. Primum est Israëlitarum superato mari Rubro, &* PHARAONE *interemto. II.* MOYSIS *iterum decalogum scribentis. III.* ANNAE *matris* SAMUELIS. *IV.* HABACUCI. *V.* ESAIAE. *VI.* IONAE. *VII. & VIII. Trium puerorum. IX. Beatae* MARIAE *Virginis.*

XI. pag. 76. col. 1. Synodica diiudicatio Patriarchae CPolitani D. IOANNIS *de diversis Capitibus ad Monasteria pertinentibus, eorum scilicet donationibus, & alienationibus. Ita enim re melius perpensa Constitutionis titulum Latine duximus reddendum.*

XII. p. 81. col. 2. THEOD. BALSAMONIS *Epilogus in Nomocanonem versibus iambicis.*

XIII. pag. 85. col. 1. ARSENI *Monembasiae Archiepiscopi Graecum Carmen ad* CLEMENTEM VII. *Pont. Max. Epistolae instar Nuncupatoriae, vetustissimo Codici Evangeliarium continenti praemissum, cui respondet Latina fortasse eiusdem interpretatio.*

XIV. pag. 93. col. 1. Index argumentorum, quae in uberrimo Volumine, omnia Christianae Religionis praecepta e SS. PP. ac scripturarum sacrarum auctoritate explicata continente pertractantur, Capitibus LXIII. comprehensus.

XV. pag. 105. col. 1. Anonymi ἔπη χρυσᾶ, Carmina aurea *iambica, in quibus admonitiones valde utiles de humanae vitae brevitate, divitiarum, bonorumque contemtu aliisque de rebus ad vitam bene instituendam necessariis, non sine aliquot exemplis e sacris litteris petitis, continentur. His adcedit Latina interpretatio identidem etiam metrica.*

XVI.

XVI. pag. 110. *col.* 2. THEODORETI *Quaestiones quaedam adversus Iudaeos.*

XVII. pag. 115. *col.* 1. *Senarii versus in* EVTHYMI ZIGABENI *Panopliam Dogmaticam cum Latina litterali versione, & scholiis quibusdam interlinearibus, quae nos ad marginem apposuimus.*

XVIII. pag. 128. *col.* 2. *Epistola a* TIBERIO *fortasse diacono, ac fraternitate ad* CYRILLVM *Archiepiscopum Alexandrinum conscripta, eiusque dogmaticarum quaestionum solutionibus praemissa.*

XIX. pag. 130. *col.* 1. *Synaxarium omnium quae in reliquis Graecis huius Bibliothecae Codicibus reperiantur, plenissimum, a mense Septembri incipiens, & in Augusto desinens, ex vetustissimo Codice XVIII. Plut. VI. Catenam SS. PP. in IV. sacrosancta Evangelia exhibente descriptum. Tum pag.* 135. *col.* 2. *Iambici duodecim versus in IV. Evangelistas ex eodem Codice Graece & Latine.*

XX. pag. 140. *col.* 1. *Specimen satis longum Epistolae* MANVELIS CHRYSOLORAE *ad* PALLANTEM STROZZAM, ONVPHRI *filium, de morte fratris consolatoriae.*

XXI. pag. 143. *col.* 2. *Anonymi scholia in XXXII.* PLATONIS *Dialogos, ex quibus duo tantum proferuntur, nimirum in* EVTHYPHRONEM, *& in III. Librum de Republica.*

XXII. pag. 144. *col.* 1. *seq.* HERODIANI *tria Opuscula Grammaticalia, primum de Nomine, secundum de Verbo, tertium de aliis generice ad artem Grammaticam pertinentibus inscriptum. Nos brevitatis gratia, primum tantummodo in lucem damus.*

XXIII. pag. 154. *col.* 1. *Aliud Synaxarium a superiori identidem discrepans.*

XXIV. pag. 166. *col.* 1. *Imperatoris* IVSTINIANI *Epistola ad eos, qui* THEODORVM, *& eius dogmata, Epistolam* IBAE *dictam, ac* THEODORETI *libros contra Catholicam Fidem, scriptis propugnabant, cum Latina* IOANNIS DOMINICI STRATICO, *Dominicanae Familiae Monachi, interpretatione.*

XXV. pag. 203. *col.* 2. *Definitiones variae de Angelis, de Anima, & eius potentiis, tum de quatuor elementis, de triplici lege, de centum denariis, ac denique iambici versus XII.* τὰς δεσποτικὰς ἑορτὰς, dies Domini festos *comprehendentes,* (1) *quibus omnibus Latina accedit interpretatio.*

XXVI. pag. 208. *col.* 2. *Anonymi versus in quasdam* GREGORI *Nazianzeni Orationes, quae habentur in vetustissimo Codice VII. Plut. VII. omnes Latine redditi.*

XXVII. pag. 219. *col.* 1. *Pars Poëmatis heroici eiusdem D.* GREGORI *Theologi, quod inscribitur* τὰ ἀπόῤῥητα, *nimirum* ARCANA, *in eius octavo Carmine, quod est de Testamentis, & Adventu* CHRISTI, *inter versus,* Αἰὲν ὑπερχομένοισιν, & Ἑβραίων ἱερὸν, κ. λ. *ubi sensus in editione Billiana videtur interruptus, inserenda, Graece & Latine.*

XXVIII. pag. 228. *col.* 1. EVDOCIAE AVGVSTAE *fragmentum Poëmatis item heroici in laudem SS.* CYPRIANI, *&* IVSTINAE *MM. cui visum quoque est Latinam, itemque metricam versionem adiicere, & argumentum e* PHOTII *Bibliotheca petitum praeponere. Graeca ex antiquissimo Codice X. Plut. VII. non solum minuti implicatique, sed etiam paene evanidi characteris non sine maxima difficultate eruimus.*

XXIX. pag. 242. *col.* 1. *Tetrasticha iambica LI. totidem D.* GREGORI *Nazianzeni Orationibus, quae in Codice XII. Plut. VII. Sec. XV. continentur, instar argumenti praemissa, auctore fortasse* NILO *eiusdem Codicis exscriptore, cuius in fine legitur subscriptio. His etiam Latina adiecta est, quandoque metrica, interpretatio.*

XXX. p. 279. *col.* 1. *S.* IO. CHRYSOSTOMI, *Archiepiscopi CPolitani, Homilia in Poenitentiam Ninivitarum. Graeca suppeditavit Codex XXVI. Plut. VII. Sec. XI. Latinam vero versionem F.* GAVDIOSVS IAGEMAN, *Augustinianae Familiae Lector.*

XXXI. pag. 287. *col.* 1. GEORGI SCHOLARI, *sive* GENNADI, *CPolitani Patriarchae, ad Imperatorem Trapezuntis D.* IOANNEM COMNENVM *Epistola, eius Libro II. de Processione Spiritus Sancti adversus Latinos, praemissa.*

XXXII. pag. 299. *col.* 1. ANASTASI *presbyteri Sinaitae Sermo III. in qua declarat, quare duos in illud dictum,* ad imaginem, & similitudinem Dei, *Sermones conscripserit, & unde initium duxerit disputatio de operationibus, & voluntatibus in* CHRISTO *&c. cum Latina interpretatione, quam nobis laudatus Dominicanae Familiae Monachus* IO. DOMINICVS STRATICO *perhumaniter adornavit.*

XXXIII. pag. 312. *col.* 1. ANTONI MARIAE SALVINI *in XXXVI. D.* GREGORI *Nazianzeni Epigrammata versiones metricae Latinae.*

XXXIV. pag. 315. *col.* 1. *Octateuchi in Capita divisio, ex Cod. XXXVII. Plut. V.*

XXXV. pag. 320. *col.* 1. *Formula abiurationis Athinganorum.*

XXXVI.

(1) Dodecastichon tamen iambicum comperimus postea editum ab Allatio in Libro de Dominicis, ac hebdomadibus Graecorum in calce Operis de Consensu Eccles. Occid. & Orient. pag. 1045.

XXXVI. pag. 342. *col.* 1. *Prooemium* IOANNIS CANTACVZENI, *praemissum eius Sermonibus antirrheticis contra* BARLAAM, ACINDYNVM, *&* *alios haereticos conscriptis; Pag. vero* 349. *iambicum Carmen in auctoris laudem Gr. & Lat. Vtrumque damus ex Codice VIII. Plut. VIII. Sec. XIV. in quo quidem describendo Codice* [1] *fatemur, in eum nos errorem prolapsos, quo antea* LVCAS HOLSTENIVS, *vir alioquin doctissimus, deceptus fuerat, dum Opus hoc* CANTACVZENI *adversus* PALAMAM *scriptum cum illo adseruimus. Errori quippe ansam dederat Codicis XVI. Plut. V.* [2] *extima inscriptio, quae, uti aliae ferme sexcentae, ab oscitanti quodam adiecta, minus vere ita habet;* Χριστοδούλου λόγος εἰς Παλαμᾶν αἱρετικόν, Christoduli Sermo contra Palamam haereticum. *Hunc igitur errorem ita retractamus. Quod ad Codicem XVI. Plut. V. pertinet, nulla externi tituli ratio habenda, novusque illi substituendus, nimirum,* Ἰωάννου Κυπαρισσιώτου εἰς Παλαμᾶν αἱρετικὸν λόγοι ἀντιῤῥητικοί, Ioannis Cyparissiotae contra Palamam haereticum Sermones, seu libri antirrhetici; *quemadmodum interior docet inscriptio in fronte operis apposita, quae licet paene deleta, tamen ex nonnullis litterarum vestigiis deprehenditur ita legenda,* Τοῦ Κυπαρισσιώτου σὺν Θεῷ τόνος. *Multa enim* IOANNEM CYPARISSIOTAM, *nihil* CANTACVZENVM *contra* PALAMAM *scripsisse, auctor est* LABBEVS, WARTHONVS, OVDINVS, FABRICIVS, *&* NATALIS ALEXANDER; *imo Palamiticae sectae acerrimum defensorem fautoremque fuisse* CANTACVZENVM, *praeter alios, tradit* ALLATIVS *de Consens. utriusq. Eccles. Lib. II. Cap. XVII. §. II. pag.* 830. *Titulo igitur externo Codicis restituto sequitur, ut ea quae nos in ipso recensionis initio de* CANTACVZENO *proferimus,* CYPARISSIOTAE *sint referenda, quae vero in fine subiungimus, ea tamquam alieno loco posita, reiiciantur, vel ad Codicem VIII. Plut. VIII. vel ad Codicem IX. Plut. IX. ubi germana ipsius* CANTACVZENI *opera recensentur. Ad Codicem praeterea VIII. Plut. VIII. quod attinet, monemus,* PALAMAE *nomen, quod in ipso paene descriptionis limine, pag.* 342. *legitur, expungendum esse, una cum duobus postremis versibus notae secundae in ead. pag. ubi dicitur „ Opus hoc Cantacuzeni contra* Palamam *ignotum Fabricio fuit &c. „*

XXXVII. pag. 374. *col.* 2. IOANNIS *cuiusdam Oeconomi, & Diaconi Ecclesiae Hadrianopolitanae Carmen Politicum in laudem* IOANNIS PALAEOLOGI *Imp. cum argumento, seu synopsi praefixa.*

XXXVIII. pag. 390. *col.* 2. *Versiculi quidam ex vetustissimo Codice III. Plut. IX.* IOANNIS SCHOLASTICI *Scalam continente, Graece & Latine.*

XXXIX. pag. 430. *col.* 1. *Anonymi versus iambici CLXXI. in laudem* BASILI *Imperatoris, ex quibus tamen, brevitatis caussa, quatuordecim tantum proferimus.*

XL. pag. 434. *col.* 2. THESSALONICI *Mesapotamitae cuiusdam iambicum Carmen in* NICETAE CHONIATAE *Thesaurum Orthodoxae Fidei, & in partem posteriorem Historiae Byzantinae, quae duo continentur in maximae molis Codice XXIV. Plut. IX. Sec. XIII.*

XLI. pag. 446. *col.* 2. NICEPHORI CALLISTI XANTHOPVLI *Oratio Encomiastica in S.* MARIAM MAGDALENAM.

XLII. pag. 460. *col.* 1. S. BASILI *Sermo de Synisactis, seu subintroductis.*

XLIII. pag. 464. *col.* 1. *Alia vetus quorumdam sacrorum Bibliorum veteris Testamenti in Capita divisio ex Codice I. Plut. V. Sec. circiter XI. desumta.*

XLIV. pag. 466. *col.* 1. *Anonymi brevis Tractatus de quatuor Fluminibus e Paradiso exeuntibus.*

XLV. pag. 499. *col.* 1. *Iambici versus Anonymi in laudem* THEODORETI.

XLVI. pag. 516. *col.* 2. IGNATI *Diaconi CPolitani Praecepta moralia versibus iambicis XXIV. expressa, ex Codice IX. Plut. XI. Sec. XI.* [3]

XLVII. pag. 536. *col.* 1. BASILI *Minimi Caesariensis Epistola ad* CONSTANTINVM PORPHYROGENITVM, *eius & aliorum SS. PP. Commentariis in XIV. D.* GREGORI *Nazianzeni Orationes praemissa.*

XLVIII. pag. 547. *col.* 2. ARSENI *Monembasiae Archiepiscopi ad* LEONEM X. *Pont. Max. Epistola Nuncupatoria, eius Violariae Compositioni praefixa.*

Praeter ea, quae hactenus enumeravimus, alia etiam Epigrammata, poëmatia, ἀποσπάσματα *veterum scriptorum, quae commode heic locum habere poterant, ne diutius cum tineis blattisque pugnarent, edi curavimus. Etsi vero interdum nostra minus contenti, amicorum quoque operam implorare studuerimus, ne quid, veluti* ἀνέκδοτον

aut

(1) Vide huius ipsius Codicis descriptionem, quam exhibet Cl. IOANNES LAMIVS in Praefat. ad Tom. II. Part. II. Delic. Erudit. pag. XXXIV.

(2) Huius quoque Codicis exactam historiam persequitur laudatus LAMIVS loc. cit. pag. XLI.

(3) Habentur etiam in Codice XVIII. Plut. IX. sed auctoris nomine destituti.


aut procuderemus, aut innueremus, quod iam publici iuris esset; audacis tamen esset adfirmare, in tanta praesertim Opusculorum segete, nihil omnino diligentiam nostram effugisse. Tam multa enim duobus abhinc seculis in tota Europa praelis commissa fuere, ut omnium adsequi notitiam difficillimum videatur. In iis vero operibus, quae inedita visa sunt, diligentiam adhibuimus, ut ordine alphabetico singulorum auctorum nomina, eorumque opera, quae in illis citantur, improbo sane labore perlegeremus.

Habes iam, benevole Lector, paucis rationem, qua in tractandis Ecclesiasticis MEDICEAE *Bibliothecae Codicibus usi sumus. Idem praestabimus in Astronomicis, Poëticis, Philologicis, Oratoriis, & Historicis, qui subsequentur, postea vero Medicis, Chirurgicis, Nomicis, quibus iuxta Pluteorum ordinem Graeca Collectio concluditur. Illud unum a te petimus, ne iudicium de improbo hoc opere antea pronuncies, quam pagellas aliquot criticis etiam oculis percurreris. Pro certo enim habemus te, quum immanem quem sustinuimus laborem animo & cogitatione perceperis, humaniter etiam, & benevole, si quid in tanta rerum multitudine, & varietate peccatum fuerit, condonaturum. Et quidem non semel manum de tabula sustulissemus operis magnitudine, ac difficultate perterriti; nisi nobis auxiliatrices manus totis viribus porrexisset* ANTONIVS SARTIVS, *familiaris noster, ac studiorum indefessus adiutor, qui pro eo, quo pollet ingenii acumine, incredibile dictu est, quantum in Libraria Graecorum antiquitate diiudicanda quatuor annis profecerit. Ex multis enim, quos ad* MEDICEOS *Codices volutandos, qua praemiis, qua pollicitationibus incassum adleximus, ille unus nostrae exspectationi respondit, & adsiduus laboris, ac molestiarum comes fuit, qua in exscribendis veterum monumentis, qua in explicandis scriptorum intricatissimis notis, qua denique in typographi innumeris, ut ita dicam, erroribus castigandis.*

Prima Tabula, a LEONARDO FRATI, *Florentino pictore, magni ingenii viro, delineata, & aeri ad vivum expressa, me Operis auctorem repraesentat, meumque in Bibliotheca adiutorem optime meritum,* ANTONIVM SARTIVM.

Altera, quam IOSEPH MENABONIVS *delineavit, &* CAROLVS GREGORIVS *vir celeberrimus sculpsit, Etruriam in solio, suis, quibus postea usa est vestibus, corona, sceptro decoratam exhibet. Captivam illa, ac supplicem excipit Graeciam, quam pone sequuntur* HOMERVS, PLATO, & ARISTOTELES, *Graeco more induti, barbati, ac sua quisque opera in manibus gestantes, vel indicantes, quorum memoria ab hominum mentibus paene obliterata, sub* COSMO, *ac* LAVRENTIO MEDICEIS *revixit. Adstant igitur a dextris* COSMVS MEDICEVS, *publico decreto* PATRIAE PATER, *a sinistris, eius nepos* LAVRENTIVS *Magnificus, qui rem diu deliberatam videntur transigere, scilicet ut Graeci extorres in propriis aedibus, quae retro adsurgunt, exciperentur, ac magnificis sumtibus alerentur. Suis autem stipantur Platonicis* MEDICEI *Heroes,* MARSILIO FICINO, ANGELO POLITIANO, PICO MIRANDVLANO, AMBROSIO TRAVERSARIO, *Camaldulensium Ordinis Generali* [1]. *Altius in Tabula videtur a fama Numisma efferri Augustissimi* CAESARIS FRANCISCI, *Magni Ducis Etruriae, cum epigraphe,* NON DEFICIT ALTER AVREVS, *qui* MEDICEIS *Principibus exstinctis, ditissimae huius Bibliothecae* [2] *e totius Graeciae ruinis erutae, ac regiis vere impensis collectae* [3] *auctoribus, bonarum artium tutelam in se suscipere non est dedignatus, mihique ut litterarias eiusdem divitias, uberrimo hoc conscripto Catalogo, omnibus patefacerem, clementer indulsit.*

Haec de Catalogo nostro praefari visum est. Quoniam vero in tanta rerum sylva, tamque vario operum argumento vix caveri potuit, ne quid scriptoris diligentiae elaberetur, idcirco in calce Voluminis nonnulla emendabimus, alias posteriores curas in finem huius Graecae Bibliothecae reiicientes, cuius impressionem numquam intermittemus, ut quam citissime in lucem prodeat. Vale.



BI-

(1) Horum illustrium virorum effigies ex Codicibus huius Bibliothecae delineatae sunt.

(2) Exprimitur MEDICEA Bibliotheca in Tabula aerea in fronte huius Praefationis praemissa.

(3) Vide ANDREAE ASVLANI Epistolam Dedicatoriam ad CLEMENTEM VII. Pont. Tom. I. Operum GALENI. Vide Epistolam item Nuncupatoriam ad MICHAELEM ANG. BONARROTAM typographi MICHAELIS TRAMEZZINI, Romae Triumphanti FLAVI BLONDI praemissam, quae prodiit Venetiis A. MDXXXXIX.

BIBLIOTHECAE
MEDICEAE LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS V.
CONTINENS GRAECOS CODICES MSS. XXXVIII. ET DVOS IMPRESSOS, GRAECVM VNVM, LATINVM ALTERVM.

CODEX I.

ΒΙΒΛΙΑ. BIBLIA.



Iblicus Tomus antiquissimus; continens Octateuchum, Regum Libros IV. Paralipomenon Libros II. Esdrae II. Neemiam, & primum Maccabaeorum initio mutilum: quo excepto, reliquorum librorum initium ac finis concordat cum vulgata secundum LXX. editione G. L. Paris. per Claudium Sonnium MDCXXVIII. Tom. I. a pag. 1. ad pag. 893. Quae notatu digna, haec sunt: In fine Libri primi Regum repetit initium sequentis a verbis, καὶ ἐγένετο, usque ad τύπτων τὸν Ἀμαλήκ. In fine Neemiae legitur: πληρωθὲν σὺν Θεῷ ὁ Ἔσδρας. *Explicit cum Deo Esdras*: ex quo patet, Neemiae Librum cum secundo Esdrae coniungi: quod Capitum etiam, seu versuum numeratio marginalis ostendit; sub una enim eademque numerorum serie, quorum ultimus est πα'. *LXXXI.* uterque comprehenditur. Similem quoque numerationem exhibet Liber I. Esdrae, qui Capita, seu versus continet ρθ'. *CIX.* Argumenta rerum in sacro Textu expositarum, litteris uncialibus, ac vere quadratis, partim etiam Sinico more deorsum versus in margine exarata, vide inferius ad calcem Plutei IX. pag. 464. seqq. ubi singula in medium proferuntur. Liber primus Maccabaeorum p. 427. incipit a verbis ..... τῆς ἐξ αὐτῶν εὐνοίας πρὸς ἡμᾶς, κ. λ. quae sunt Cap. XI. vers. 33. cit. edit. Tom. II. p. 850. quem quidem defectum recentior Graecus animadvertens, in calce paginae antecedentis adscripsit: λείπει πολλὰ φύλλα, *desunt multa folia*, nimirum XVIII. quum enim Codex quaternionibus constet, quorum singuli octo continent folia, patet ex ipsorum numeratione Graecis litteris in fine paginarum adnotata desiderari duo postrema folia quaternionis ΝΔ'. totum ΝΕ'. & ΝΣ'.

Codex Graecus membranaceus Ms. insignis in folio maximo Sec. XI. binis columnis, inter quas unius pollicis spatium relinquitur, exaratus, accentibus, ac spiritibus diligentissime instructus, optimeque servatus. Constat foliis 434.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

CANONES VARII.

Scilicet.

Collectio Sacrorum Canonum cum expositione Zonarae, Balsamonis, & anonymi.

I. pag. 1. Πίναξ ἀκριβὴς τῶν παρὰ τοῦ πατριάρχου Φωτίου συντεθέντων δεκατεσσάρων τίτλων. *Tabula adcurata XIV. Titulorum a Patriarcha Photio compositorum.* Tituli autem singuli in Capita dividuntur, quae vide in Iustelli Biblioth. Iuris Canonici Veteris Paris. MDCLXI. fol. Tom. II. a pag. 796. ad pag. 812. cum quibus concordat Codex, excepto Titulo XI. cuius Capita XV. numerantur propter bis repetitum numerum XI. In fine Tabulae, summa omnium simul Capitum ita est adnotata, κεφάλαια σκη'. *Capita CCXXVIII.* revera tamen sunt *CCXXXVIII.* Pag. 3. *b.* haec inscriptio legitur: Ἐκοιμήθη ὁ πανιερώτατος μητροπολίτης Τορνόβου Ἰγνάτιος ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ τοῦ προδρόμου τῆς Καλαμήτας κατὰ τὸ ,ϛϠοβ'. *Obiit sanctissimus Metropolita Tornobi Ignatius in sancto monasterio Praecursoris Calametae Anno 6972.* (Christi MCCCCLXIV.) Ex quo colligitur, Codicem hunc fortasse ex iis esse, qui a Lascare ex Asia huc advecti fuerunt. COD. II.

II. pag. 5. Στίχοι ἡρωϊκοὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρ-

πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, καὶ πάσης ἀνατολῆς, κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμὼν χάριν τῆς παρ' αὐτοῦ γενομένης ἐξηγήσεως τοῦ Νομοκανόνου τῆς καὶ δηλουμένης ἐν τῇ παρούσῃ βίβλῳ. *Versus heroici SS. Patriarchae Theopolis magnae Antiochiae, & totius Orientis, Domini Theodori Balsamonis, ob interpretationem ab ipso factam in Nomocanonem, & in hoc libro expositam*. Inc.

Ἀστέρες ὡς πολύφωτοι ἀφεγγῆς ὄμματα νυκτός.

Def. Σωτηρίην ψυχῆς. ταύτης γὰρ πέρι θρηνεῖ. Sunt versus LXXII. editi ante Photii in Nomocanonem Praefationem loc. cit. p. 788.

III. pag. ead. *b*. Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν, ἤτοι μερικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων· πρὸς δὲ καὶ δήλωσις τῶν ἐνεργούντων, καὶ μὴ ἐνεργούντων νόμων, τῶν ἀναταττομένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις τοῖς κατ' ἀρχὴν τῶν κανόνων κειμένοις, πονηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ εὐτελεῖ διακόνῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν τῷ Βαλσαμὼν, τῷ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότι καὶ πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης Ἀνατολῆς. *Expositio sacrorum divinorumque Canonum sanctorum & celebratissimorum Apostolorum, & sacrorum generalium, atque etiam provincialium, sive particularium Conciliorum, reliquorumque SS. PP. insuper & declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim ante Canones positis Titulis collocatarum; elaborata iussu Imperatorio, & Patriarchali, a Theodoro Balsamone, humili sanctissimae Dei magnae Ecclesiae Diacono, Nomophylace, Chartophylace, & Praefecto Blachernarum, qui etiam post aliquot annos Theopolis, sive magnae Antiochiae, totiusque Orientis Patriarcha factus est*. Sequitur Praefatio, cuius initium: Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, κ. λ. Finis; ὑπακοῆς ἀποκύημα. Tum Photii Nomocanon, sive Legum Imperatoriarum, & Ecclesiasticorum Canonum Concordia in Titulos XIV. distributa; cum Theodori Balsamonis scholiis, singulis Capitibus, in quae Tituli dividuntur, subiectis. Primus Titulus est Περὶ θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ κανόνων, καὶ χειροτονιῶν. *De Theologia & orthodoxa fide, & canonibus, & consecrationibus*. Continet Capita XXXVIII.

IV. pag. 14. *b*. Titulus II. Περὶ ποιήσεως ἐκκλησιῶν, καὶ περὶ ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀναθημάτων, καὶ περὶ κληρικῶν παρὰ γνώμην ἐπισκόπων ἀνιστώντων θυσιαστήρια. *De extructionibus Ecclesiarum, sacris vasis, & donariis, & de clericis contra voluntatem Episcoporum altaria erigentibus*. Continet Capita III.

V. p. 21. *b*. Tit. III. Περὶ εὐχῶν καὶ ψαλμῳδίας καὶ ἀναγνώσεως καὶ ἀναφορᾶς καὶ κοινωνίας καὶ φορεσίας καὶ ὑπουργίας ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν καὶ ὑπηρετῶν. *De precibus, cantu, lectione, oblatione, communione, vestitu, & ministerio lectorum, cantorum, & ministrorum*. Continet XXII. Capita.

VI. p. 22. Tit. IV. Περὶ κατηχουμένων, καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. *De Catechumenis, & sacro baptismate*. Continet XVII. Capita.

VII. pag. 24. Tit. V. Περὶ τῶν καταφρονούντων τῶν ἐκκλησιῶν καὶ συνάξεων καὶ μνημῶν, καὶ τῶν ἐσθιόντων ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ περὶ ἀγαπῶν. *De contemtoribus Ecclesiarum, coetuum, & commemorationum, deque comedentibus in Ecclesia, & de agapis*. Continet Capita III.

VIII. pag. ead. *b*. Tit. VI. Περὶ καρποφορίας. *De fructuum oblatione*. Continet Capita III.

IX. pag. ead. Tit. VII. Περὶ νηστείας καὶ τῆς τεσσαρακοστῆς καὶ τοῦ πάσχα καὶ τῆς πεντηκοστῆς καὶ κυριακῆς καὶ σαββάτου καὶ γονυκλισίας. *De ieiunio, quadragesima, paschate, pentecoste, dominica, sabbato & genuflexione*. Continet Capita V.

X. p. 26. Tit. VIII. Περὶ παροικιῶν, καὶ πῶς διάγουσιν ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ, καὶ περὶ ἀποδημίας αὐτῶν, καὶ περὶ τῶν κατ' ἔτος συνόδων καὶ διδασκαλίας καὶ ξενοδοχίας, καὶ συστατικῶν καὶ εἰρηνικῶν ἐπιστολῶν, καὶ ποῖα πράττουσιν ἰδιωτικὰ ἢ δημόσια πράγματα, καὶ πῶς οἱ κληρικοὶ ἀλλήλους τιμῶσι. *De parochiis, & quomodo vivere debeant Episcopi & clerici, de peregrinatione eorum, de annuis synodis, doctrina, hospitalitate, commendatitiis, & pacificis litteris, quasque privatas, seu publicas res gerant, & quemadmodum clerici se invicem colant*. Continet Capita XIX.

XI. pag. 30. Tit. IX. Περὶ ἁμαρτημάτων καὶ δικῶν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ ἀφορισμοῦ καὶ καθαιρέσεως καὶ μετανοίας, καὶ ποῖα ἁμαρτήματα ἡ χειροθεσία λύει. *De peccatis, accusationibus, excommunicatione, depositione, & poenitentia Episcoporum & clericorum, quaeque peccata manuum impositio tollat*. Continet Capita XXXIX.

XII. pag. 43 *b*. Tit. X. Περὶ διοικήσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, καὶ περὶ τῶν ἰδικῶν τοῦ ἐπισκόπου. *De administratione rerum ecclesiasticarum, & de rebus propriis Episcopi*. Continet Capita VIII.

XIII. pag. 45. Tit. XI. Περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν. *De monasteriis & monachis*. Continet Capita XVI.

Cod. Graec. membran. MS. Sec. XIV. minuto charactere, binis columnis in fol. constat foliis 387. & in prima eiusdem pag. Lucas Holstenius propria manu adscripsit, *Io. Zonaras ex Theodoro Balsamone in Canones*. Ant. quoque Augustinus sua manu indiculum addidit, quum olim Florentiae degeret, ac in hac omnium nobilissima Bibliotheca Graecorum omnium Iurisconsultorum Epitomes diligentissime perlustraret, inlustravitque adcuratissimis Indicibus Ἰδία Χείρη in fronte nonnullorum descriptis. Hos eosdem Codices laudat & commendat idem Augustinus in Libro IV. Emendationum & Opinionum Cap. III. circa finem, & ibi agit de Synopsi legum Michaelis Pselli versibus conscripta.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΛΟΓΟΙ

CLEMENTIS SERMONES

Titulus ita restituendus

Clementis Stromata, & alia.

COD. III. I. Pag. I. Libri I. Stromatum deest principium. Inc. Ἵνα ὑπὸ χεῖρα ἀναγινώσκῃς αὐτάς. Desinit Liber VIII. τοῦ αἰτίου διατείνειν δύναμιν παρίςησιν. Singulorum librorum principium, & finem heic, pro more, adnotare supervacaneum duximus, quum ex hoc unico, insigni, & antiquissimo Codice Petrus Victorius Clementis Alexandrini Stromata Graece primum protulerit, cum aliis eiusdem Scriptoris operibus, conlato ad Protrepticum, & Paedagogum etiam Rodulphi Pii, Carpensis Antistitis Codice. Epistolam Nuncupatoriam Victorius praemisit [quae recusa est Libro II. Epistolarum eiusdem Victorii ad Viros Claros p. 38.] ad Marcellum S. Crucis Card. Cervinum, postea per XXII. dies Summum Pontificem, cuius heic verba sunt proferenda: *Vtinam reliqua huius sancti Viri opera, eruditissimique ingenii monimenta conservata forent: nam plura ipsum scripsisse, & a Graecis memoriae proditum est, & ab Hieronymo, qui in recensendis sanctarum litterarum auctoribus, huius quoque vitam, ac scripta summis cum hominis laudibus loco posuit: non inutilia namque & illa fuissent. Nos certe, quae potuimus conlegimus, & non sine cura quoque aliqua nostra diligentiaque castigata, formis imprimenda dedimus. Nam Stromatum (ita enim VIII. libri ab ipso ob varietatem lectionis vocantur) unicum tantum illud exemplar habuimus, quod in* MEDICEA BIBLIOTHECA *custoditur*. Ac revera Stromatum Codices, praeter Mediceum, e quo Florentina profluxit editio, vix usquam exstare adfirmat Montefalconius in Diario Italico p. 64. ubi excerpta prolixa ex Clementis Stromatis in Codice bombycino sec. XIV. Venetiis apud Ant. Capellum Venetum Patricium vidisse se refert, una cum nonnullis ex Protreptico, ac Paedagogo; iisque propemodum rem persequitur verbis: *Stromatum Codices rarissimi omnium sunt, non diu est, quod aestimabant ex litteratis bene multi vel ipsum, ad cuius fidem edita primum Stromata fuere, amissum, periisse. At Florentiae reperi.* Claromontanus recens Codex, cuius Nourrius in Apparatu ad Biblioth. Max. Veter. Patrum Lugduni editam, ubi agitur de Scriptoribus I. & II. Seculi, & de operibus Clementis Alexandrini p. 896. meminit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, quam Florentino usi sunt interpres uterque, Kyriacus Strozza, & Gentianus Hervetus. Ceterum Florentina editio, quae in nitidissima pergamena impressa, in publica adservatur Magliabechiana Bibliotheca, hunc praesefert titulum ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΑΠΑΝΤΑ *Ex Bibliotheca Medicea*. In fine legitur: *Cudebat Laurentius Torrentinus cum Iulii III. Pont. Max. Caroli V. Imperatoris, Henrici Gallorum Regis II. Cosmi Medicis Florent. Ducis II. Privilegiis* M. D. L. *in fol.* Anno posteriore Latine prodiit Alexandrinus Clemens, opera Gentiani Herveti Aurelii, nitidissimis typis eiusdem Torrentini, ad Rodulphum Carpensem S. R. E. tit. Sanctae Mariae trans Tyberim amplissimum Cardinalem, Ep. data Romae Prid. Kal. Ian. MDL. in qua haec habentur: *Cuius* (scilicet Clementis) *Stromata quidem & Paedagogus ex* MEDICEA BIBLIOTHECA, *ea suppeditante clarissimo, virtutisque & doctrinae amantissimo Principe, Cosmo Florentiae Duce, in apertum prodiere &c.*

Libris VIII. Stromatum Epistola ad ipsum Cosmum I. Mediceum M. E. D. praemittitur eiusdem Gentiani Herveti nomine, in qua haec habentur: *Quum Clementis Alexandrini Stromatum octo libri, varia & multiplici eruditione referti, e tua Bibliotheca expromti, & a tuo typographo Graece in lucem editi, a me Latine essent versi, Clariss. Princeps, non committendum putavi, ut quum isti in studiosorum manus propediem essent venturi, nescirent cuinam hunc thesaurum eos ferre acceptum oporteret. Huius itaque Clementis, quae quidem exstant opera, maximo tuo beneficio in lucem nuper edita, quum Latine reddidissem, & pulcherrimis typis in publicum edenda Florentiam misissem, hoc divinum Stromatum opus faustissimis tuis auspiciis emittendum esse censui. Quod quidem ut facerem eo libentius sum adductus, quod quum Petrus Victorius, vir egregie doctus, Marcello Cervino Card. S. Crucis, viro inprimis pio & docto, in cuius sum clientela, quum Protrepticon Clementis benigne suppeditasset, omnia eius opera dedicarit, ab officio meo non alienum fore duxi, si haec Stromata felici tuo nomini consecrans, testatum relinquerem, quam sit bonis omnibus gratum, & immortali laude celebratum, hoc tuum doctrinae studium, & ad bonas provehendas artes & disciplinas inexhausta liberalitas &c.* Data est Epistola pridie Nonas Iulii Anno MDLI.

Et haec de insigni hoc opere dicta sufficiant, de quo si quis plura scire cupiat, adeat clariss. Io. Alberti Fabricii Bibliothecam Graecam Lib. V. Cap. I. Tom. V. p. 102. Vid. etiam, quae nos in Vita eiusdem Victorii diximus, praemissa editioni Epp. Claror. Italor. & Germanor. quam nos curavimus Florentiae A. MDCCLIX. Tom. I. p. XLII.

II. p. 358. Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί. *Excerpta ex libris Theodoti de doctrina, quae vocatur Orientalis ex Valentini sententia.* Inc. Πάτερ φησὶ παρατίθεμαί σοι εἰς χεῖρας τὸ πνεῦμά μου. Des. εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι.

Haec

Haec excerpta Graece sine versione ex Florentino exemplari, Graeco-Latinae Clementis editioni adiuncta, varias locorum Sacrae Scripturae explicationes Gnosticas, & Valentinianas continent. In his Theodotus Byzantinus Coriarius, a Victore Romano Pontifice damnatus, saepius citatur; mentio fit & Basilidis, & Valentini, & Valentinianorum, & pag. 799. adferuntur verba, quae Christus dixerit ad Salomen, *μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν*, quae ex Evangelio secundum Aegyptios petita esse constat, ex Clementis III. Stromatum pag. 445. 452. Franciscus Combefisius haec Latine transtulit, sed veritus est edere, ut ait Tom. I. Auctarii novissimi, ob haereses & errores Gnosticos, qui in illis continentur. At Combefisii Latinam versionem, una cum Graeco textu, suis auctam observationibus, in turbam dedit Fabricius in Biblioth. Graeca Lib. V. C. I. Tom. V. pag. 134.

III. p. 374. *b.* Ε᾽κ τῶν προφητικῶν ἐκλογαί. *Selecta Prophetarum.* Inc. Οἱ ἀμφὶ τὸν Σεδράχ. Des. ὁ γὰρ μάρτυς γίνεταί τις ἐὰν μὴ διωχθῇ. Οὐδὲ δίκαιος φαίνεται, ἐὰν μὴ ἀδικηθεὶς, μὴ ἀνταδικήσῃ. οὐδὲ μὴν ἀνεξίκακος ....

Haec excerpta posteriora, saniora sunt prioribus, sed in Graeco-Latinis Clementis editionibus itidem Graece ex Codice nostro exstant, atque in fine mutila. Ceterum cum notis Franc. Combefisii leguntur Graece, & Latine in Auctario ipsius novissimo ad Bibliothecam Patrum, Paris. MDCLXXII. fol. In his subinde refellit Clemens (illum enim auctorem non dubitat clariss. Fabricius loco citato Lib. V. Cap. I. Vol. V. p. 108.) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis: plura etiam refert ex Apocryphis Henochii, & Apocalypsi, atque κηρύγματι Petri, ex Hermae etiam Pastoris Lib. II. Mandato V. Dogmatum vero haereticorum expositionem utilem esse disputat §. 29.

Has Eclogas esse partem Hypotyposeon Clementis Alexandrini, non absurde coniiciunt viri doctissimi. Haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio, & Damasceno, ut e locis pluribus a Fabricio l. c. descriptis patet, habitas fuisse pro octavo Stromatum libro.

Cod. Graec. membranac. optim. praestantiss. in 4. Sec. XI. constat fol. 385. cuius specimen damus Tab. I. num. I.

BIBLIA SACRA.

COD IV. *Biblia Sacra vulgatae editionis, Sixti V. Pont. Max. iussu recognita, atque edita.*

Hoc nitidissimum Bibliorum volumen vulgatum fuit, adnuente Clemente VIII. Summo Pontifice, cuius praemittitur constitutio, data die IX. Novembris MDXCII. et praefatio Roberti Card. Bellarmini nondum Cardinalis, ipso opus curante. Vid. Iac. de Long. Biblioth. Sacra Tom. I. Cap. IV.

Codex Latinus impressus Romae ex typographia Apostolica Vaticana Anno MDXCII. in fol. pag. 1143.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΔΑΔ.

PSALTERIVM DAVID.

I. p. 1. Psalterium secundum pervetustam Ecclesiae Graecae consuetudinem, divisum in viginti Sectiones, quae καθίσματα, sive sessiones, vocantur, & certum numerum Psalmorum cum subiectis aliis quibusdam sacris precibus continet. Primum quidem κάθισμα continet Psalmos 8. a 1. ad 8. Secundum a 9. ad 16. Tertium a 17. ad 23. Quartum a 24. ad 31. Quintum a 32. ad 36. Sextum a 37. ad 45. Septimum a 46. ad 54. Octavum a 55. ad 63. Nonum a 64. ad 69. Decimum a 70. ad 76. Vndecimum a 77. ad 84. Duodecimum a 85. ad 90. Decimumtertium a 91. ad 100. Decimum quartum a 101. ad 104. Decimum quintum a 105. ad 108. Decimum sextum a 109. ad 117. Decimum septimum a 118. qui est Ps. *Beati immaculati*, quo unico completur illud κάθισμα, ob prolixitatem. Decimum octavum a 119. ad 131. Decimum nonum a 132. ad 142. Vigesimum reliquos ad 150. Singula ista καθίσματα dividuntur in tres partes, quae hymno illo, *Gloria Patri, & Filio &c.* terminantur, aliter ac fit in Ecclesia Latina, quae dictum hymnum post psalmos singulos recitat. Dividitur pariter decimum septimum κάθισμα in tres partes, & earum singulae eodem hymno concluduntur. Meminit huius divisionis Psalterii Theodorus Balsamo pag. 835. editionis Parisiensis G. L. Anni MDCXX. fol. ad XVII. Canonem Concilii Laodiceni, qui etiam tradit, Psalmos uno contextu ex antiqua traditione legi solitos. Quum vero populus molestia adficeretur, & laboris pertaesus, nullam eorum curam gereret, statuisse Patres Concilii, non esse una serie, sed per intervalla legendos, ut aliquantulum populus adquiesceret. Vid. Du Cangium in Glossario ad Scriptores mediae & inf. Graecitat. V. ΚΑΘΙΣΜΑΤΑ, & Io. Meursium in Glossario Graeco-Barbaro, ubi vim vocis κάθισμα perpendit. Consule etiam Leonis Allatii Opusculum de Libris Ecclesiasticis Graecorum pag. 54. & 55. edit. Paris. A. MDCXLVI. 4. Praeterea observatione dignum est, hunc Codicem στιχηρῶς, sive cum versiculorum distinctione scriptum esse: de quibus agit clariss. Montefalconius Palaeogr. Graec. Lib. I. Primus Psalmus, qui incipit Μακάριος ἀνὴρ, in quindecim versiculos; postremus, scilicet Psalmus CL. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, in undecim dividitur. Haec illa vetus distinctio per versus, sive per κῶλα, & κόμματα erat, qua ad faciliorem lectionem utebantur antiqui, ita ut singulas periodi sectiones a linea ducerent, easque plerumque ad calcem operum enumerarent. Initiales vero litterae, ut & inscriptiones singulorum Psalmorum, vel in fronte, vel in calce Codicis adpositae, rubeis coloribus di-

COD. V.

distinguuntur, Sequitur pag. 247. Psalmus in David extra numerum, cum eodem titulo, qui legitur in editione LXX. idiographus dictus eo, quod privata, non publica auctoritate sit receptus. Hunc vero cum amplissimis observationibus recudit clariss. Fabricius in Biblioth. Graec. T. XIV. p. 160.

II. p. 248. Veteris, & Novi Testamenti Cantica Sacra, duo Moysis, Exodi Cap. XV. Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως. *Cantemus Domino, gloriose*, & Deuteronomii Cap. XXXII. Πρόσεχε ὐρανὲ, ϗ λαλήσω. *Attende caelum, & loquar*. Canticum Annae matris Samuelis Lib. I. Regum Cap. II. Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ. *Confirmatum est cor meum in Domino*. Habacuc Prophetae Cap. III. Κύριε εἰσακήκοα τὴν ἀκόην σου. *Domine audivi auditum tuum*. Esaiae, Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμα μου πρός σε ὁ Θεὸς. *De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus*. Ionae, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου. *Exclamavi in pressura mea*. Trium puerorum Danielis Cap. III. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε. *Benedictus es Domine*. Post sequuntur Cantica Novi Testamenti, videlicet Beatissimae Virginis Deiparae, & Zachariae patris S. Io. Baptistae ex Cap. I. Evangelii S. Lucae.

III. p. 268. *b.* legitur Προσευχὴ Συμεὼν τοῦ πρεσβυτέρου ἐκ τοῦ κατὰ Λύκαν εὐαγγελίου. Νῦν ἀπολύεις. *Nunc dimittis*. Ibid. Προσευχὴ Ἐζεκίου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας. Esaiae Cap. XXXVI. Ἐγὼ εἶπα. *Ego dixi*. Pag. 270. *b.* Προσευχὴ Μανασσῆς βασιλέως τῶν Ἰουδαίων. Κύριε παντοκράτορ. *Domine omnipotens*. Pag. 272. *b.* Hymnus matutinus, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ. *Gloria in excelsis Deo*, qui longior est nostro. Ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ. *Beati pauperes*. Symbolum Fidei, & aliae preces, quarum postrema pag. 278. *b.* S. Io. Chrysostomi nomen praesefert, & incipit Εὐχαριστοῦμεν ὑπὲρ πασῶν τῶν εὐεργεσιῶν σοῦ.

IV. p. 280. Δελτὸς προσευχῶν ϗ λιτῶν τοῖς εὐφρόνοις. Στίχος δὶ εὐχῶν τῶν ἁγίων. Βασιλεῦ ὐράνιε. Τρισαγία. Παναγία Τριὰς. Πάτερ ἡμῶν. Τροπάριον κατανυκτικὸν. Ἡμέρα α' τῇ κυριάκῃ ἑσπέρᾳ. *Liber precum & orationum in festis. Initium orationum sanctorum. Rex Caelestis. Trisagia. Sanctissima Trinitas. Pater noster. Troparium nocturnum. Prima die in dominicis vesperis*. Incipit Ὅτι τὸ πέλαγος. Desinit ϗ πολυέλεος. Qui plura de huiusmodi Trisagiis, ac Tropariis videre cupiat, adeat clariss. Io. Meursium l. c. Io. Suiceri Thesaurum Ecclesiasticum Tom. II. & Ducangium l. c. V. ΤΡΟΠΑΡΙΟΝ.

V. p. 314. Ὡρολόγιον σὺν Θεῷ περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολυθίαν. Ἀρχὴ τοῦ μεσονυκτίου. Στίχος. Τὸ βασιλεῦ οὐράνιε. Τὸ Τρισάγιον. Τὸ παναγία Τριὰς. Τὸ πάτερ ἡμῶν; ϗ λέγε τὰ τροπάρια ταῦτα ἡμέρᾳ α'. *Horologium cum Deo continens omnem acoluthiam. Initium nocturnarum precum. Rex Caelestis. Trisagium. Sanctissima Trinitas. Pater noster; et dic haec troparia prima die*. Vocatur autem *Horologium* liber Ecclesiasticus Graecorum, eo quod horas diurnas & officia, nec non mesoria, & alia huiusmodi contineat, Latini *Diurnum* dicerent. Incipit Τῆς κλίνης καὶ τοῦ ὕπνου.

VI. p. 320. Ἕτερον μεσονυκτικὸν τοῦ σαββάτου ϗ τῆς κυριακῆς. Τὸ τρισάγιον. Τὸ παναγία Τριὰς. Τὸ πάτερ ἡμῶν. *Aliud mesonictium Sabbati, & Dominicae*. Est officium Ecclesiasticum, quod ex psalmis, hymnis, aliisque precibus media nocte perficiebatur. Vid. Goarium ad Euchólog. pag. 33. Tum describuntur initia orationum, & psalmorum, quae dicenda sunt, longo ordine. Inc. Τοῦ λίθου σφραγισθέντος. Pag. 324. Μεσώριον τῆς α' ὥρας. *Mesorium primae horae*. Inc. Δέσποτα Θεὲ πάτερ. Pag. 328. Μεσώριον τῆς γ' ὥρας. *Mesorium tertiae horae*. Inc. Κύριε ὁ τὸ πανάγιον σοῦ. Μεσώριον τῆς ϛ' ὥρας. *Mesorium VI. horae*. Inc. Ἠ' τοῦ στόματος σου. Pag. 330. Μεσω δύο σώριον θ' ὥρας. *Mesorium nonae horae*. Inc. Ἐν μέσῳ δύο λῃστῶν. Μεσώρια post primam, tertiam, sextam, & nonam, a Graecis decantantur, eaque describuntur in Horologio edit. Venetae. A. MDXXXV. Pag. 331. Ἀρχὴ τοῦ ἑσπερινοῦ. Inc. Φῶς Ἱλαρὸν. Pag. 332. *b.* Ἀρχὴ τῶν ἀποδείπνων. Inc. Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς.

VII. Sequitur denique pag. 336. Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ εἰς τὴν μεγάλην μετάνοιαν. Inc. Κύριε ϗ δέσποτα, & aliae anonymorum precatiunculae ad Christum Dominum, & ad Virginem, ad omnes Angelos, & Sanctos, numero septem.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. minori Sec. XI. constat foliis 341. sed a fol. 280. usque ad finem est ab alia manu, sed tamen antiqua suppletus. Huius specimen damus Tab. I. num. 11.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΕΞΗΓΗΤΩΝ ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ.

COLLECTIO EXPOSITORVM ESAIAE.

I. CYrilli Alexandrini Archiepiscopi, qui vivere desiit Anno Christi CCCCXLIV. in Esaiam Prophetam Libri quinque eleganter & emendate scripti. Divisus quidem in fine dicitur totus Codex in quinque Libros, sed in principio deest totus primus Liber, & secundi Tomus primus, & secundus, nescio an non & aliqua tertii pars, quia in fronte non est inscriptus Tomus tertius. Incipit enim a primis verbis Cap. XVII. Prophetae Τὸ ῥῆμα κατὰ Δαμασκοῦ. *Vaticinium contra Damascum*. Quod incidit in editione Operum Cyrilli Paris. A. MDCXXXVIII. in Tomo II. p. 262. Commentarii hoc initium: Γέγονε μὲν ἀλκιμωτάτη ϗ ἐπισημοτάτη πόλις ἡ Δαμασκηνῶν, δυσσεβὴς δὲ καὶ θεομάχος, ϗ τῶν ὅτι μάλιστα κατεσυγημένων παρά γε τῷ παναγίῳ Θεῷ. Desinit ϗ τοὺς τῆς εὐσεβείας κεκαρποφόρηκε (in Paris. ed. κεκάρπηκε) τρόπους. COD. VI.

II. Quartus Tomus a pag. 12. usque ad pag. 31. in

31. in editione Parif. a pag. 281. usque ad pag. 314. incipit a Cap. XIX. Ὅρασις Αἰγύπτου. Inc. Praefatiuncula, quae deest in editione Ἐπιςῆναι δεῖ τὸν νῦν τῷ ῥητῷ. Def. αὐτοῖς τὴν βουλὴν τὴν οἰκείαν κατέςισεν. Tum Interpretatio incipit Τίνα δὴ τρόπον ἡ τῶν Αἰγυπτίων. Def. ἐποίσει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ ἐξ ὀργῆς καὶ δίκης.

III. Quintus Tomus a pag. 31. usque ad 50. in Parif. ed. a pag. 314. usque ad pag. 348. incipit a cap. XXII. Τὸ ὅραμα (vulg. ῥῆμα) τῆς φάραγγος Σιών. Τὴν τῶν Αἰγυπτίων Ἀσσυρίων τε καὶ Ἰδουμαίων ἅλωσιν προσηγορευκὼς ὁ προφήτης. Def. κατασημαίνειν ἔοικε τὴν ἀνατροπήν.

IV. Liber tertius fic infcribitur Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν βίβλιον γ', τομος ε' τῆ γ' τῆς τέταρτος ἑβδομάδος. *Cyrilli Alexandrini in prophetam Efaiam liber tertius, tomi quinque, tertia quartae hebdomadae*. Primus Tomus a pag. 50. *b*. usque ad 74. in edit. Parif. a pag. 349. usque ad pag. 392. incipit a Cap. XXV. Κύριε ὁ Θεός μου δοξάσω κ. ὑμνήσω τὸ ὄνομα σου. κ. λ. Interpretatio incipit Ἐν μὲν τῷ τετελεσμένῳ βιβλίῳ μακρὸς τῷ προφήτῃ γέγονε λόγος. Def. δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

V. Secundus Tomus a pag. 74. *b*. usque ad 98. incipit a verf. 9. Cap. XXVIII. Οἱ ἀπογεγαλακτισμένοι ἀπὸ γάλακτος; in edit. Parif. a fol. 392. usque ad fol. 432. Interpretatio incipit Κατέληξε μετὰ ἡμῖν ὁ πρῶτος λόγος. Def. τῷ Θεῷ κ. πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

VI. Tertius Tomus a pag. 98. usque ad 122. incipit a verf. 27. Cap. XXX. Ἰδοὺ τὸ ὄνομα κυρίου διὰ χρόνου ἔρχεται πολλοῦ: in edit. Parif. a pag. 433. usque ad pag. 476. Interpretatio incipit Ἑπταπλάσιον ἔσεσθαι τοῦ ἡλίου τὸ φῶς τοῖς εἰς Χριςὸν πιςεύουσιν. Def. ἐν παντὶ πάντητε καὶ πάντως ἐσόμενοι καλῷ.

VII. Quartus Tomus a pag. 122. usque ad 142. in edit. Parif. a pag. 476. usque ad pag. 511. orditur a Cap. XXXVI. Καὶ ἐγένετο τοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους κ. λ. Interpretatio incipit Ἐναργὴς μετὰ ἅπασι τοῖς φιλομαθεςέροις τῆς ἱςορίας ὁ λόγος. Def ἀδικήσειεν ἂν οὐδεν. Tomus quintus editionis Parifienfis heic deeft.

VIII. Quartus Liber infcribitur: Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, βιβλίον δ' *Cyrilli Archiepifcopi Alexandriae in prophetam Efaiam liber quartus*. Primus Tomus a pag. 142. usque ad 162. in edit. Parif. a pag 541. usque ad pag. 579. Praefatio incipit Ἐπέφανεν ἡμῖν Θεὸς ὢν κύριος κατὰ τὰς γραφάς. Tomus inc. a verf. 6. Cap. XLII. Ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσα σέ κ. λ quum contra editio Parif. incipiat in fequentibus Ὑμνήσατε τῷ κυρίῳ ὕμνον καινόν. Def. καὶ ἐν τῇ τῶν ἀπολέκτων μοίρᾳ κειμένους.

IX Sermo fecundus (vocatur λόγος) a pag. 162 *b*. usque ad 183. in edit. Paris. a pag. 579. usque ad pag. 617. incipit a verf. 2. Cap. XLIV. Οὕτως λέγει κύριος ὁ Θεὸς (ὁ Θεὸς deeft in Parif. ed.) ὁ ποιήσας κ. λ. Interpretatio incipit Ἡμερότητα δὲ πάλιν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται. Def. εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

X. Sermo tertius a pag. 183. *b*. usque ad 199. *b*. in edit. Parif. a pag. 617. usque ad pag. 545. incipit a verf. 18. Cap. XLVI. Οὕτως λέγει κύριος ὁ ποιήσας. Interpretatio incipit Προανακηρύξας τὴν ἄφιξιν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος. In princip. pag. 184. *b*. in marg. ad verba ὑποκρινόμενοι δὲ, vetus manus ita fcripfit: *hic aliquid defideratur*. Et fane video, praeter morem noftri, verba verf. 20. 21. 22. Cap. XLVI. usque ad illa ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς heic effe omiffa. Def. τὸ δριμὺ τῆς λύπης ἐδέχοντο.

XI. Quartus Tomus adnotatus non eft, fed pag. 192. ad verba verf. 5. Cap. XLVII. κάθισον κατανενυγμένη in margine haec adfcripfit docta quaedam manus: *hic videtur deficere de tertio & quarto*. Cuius quidem coniecturae rationem non adfequor. Immo vero initio Libri quarti oblitus eft fcriba addere nomen Tomi primi, ut heic, vel alio loco Tomi quarti. Itaque tertius, vel fi vis, quartus Tomus etiam in citata editione p. 691. abfolvitur ὅτι ἐν Χριςῷ καθαργεῖται. Haec, & quae fequuntur cum Parifienfi editione conveniunt.

XII. Quintus Sermo a pag. 199 *b*. usque ad 217. *b*. initium fumit ab his verbis, Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ οὐδὲ ἀντιλέγω, κ. λ. Textus Graecus heic alius eft, quam qui in editis fequitur; unde caput, & verfum addere non poffumus. Interpretatio incipit Διὰ τῶν ἤδη προανεγνωσμένων εἴτουν προεξητασμένων. Def. εἰς τὸ ὑποκεῖσθαι θέλειν εὐκόλως ταῖς ἑαυτῶν ἀνοσίαις κ. θεομίσεσι βουλαῖ.

XIII. Quintus Liber, cuius initium incidit in pag. 217. *b*. infcribitur Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν βίβλιον ε', τόμοι ἕξ. *Cyrilli Archiepifcopi Alexandriae in Efaiam prophetam liber quintus, tomi fex*. Primus Tomus ab ead. pag. 217. *b*. usque ad 234. *b*. incipit a Cap. LII. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου Σιών, κ. λ. Interpretatio incipit Σιών τε κ. Ἱερουσαλὴμ ἀκούων ἐν τούτοις μὴ πόλεις ἁπλῶς τὰς ἐκ λίθων ἐγηγερμένας. Definit καὶ δι' ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη.

XIV. Secundus Tomus a pag. 234. *b*. usque ad 251. *b*. incipit a Cap. LIV. Εὐφράνθητι ςεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα. Interpretatio incipit Τίνα δὴ τρόπον τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε ςαυρόν. Def. ἐκλείψει γὰρ ἡμῖν ἡ παρ' αὐτοῦ χάρις, κατ' οὐδένα καιρὸν ἢ τρόπον.

XV. Tertius Tomus a pag. 251. *b*. usque ad 269. incipit a Cap. LVII. Τάδε λέγει κύριος, φυλάσσεσθε κρίσιν. Interpretatio incipit Περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τῆς διὰ πίςεως. Def. παρ' ὧν ἐμάθομεν τὰ τῆς εἰς Θεὸν τε κ. ἀδελφοὺς ἀγάπης ἔργα πληροῦν.

XVI. Quartus Tomus a pag. 269. usque ad 289. incipit a verf. 8. Cap. LVIII. Τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου. Interpretatio inc. Εἰ καθαρῶς φησὶ νηςεύσειας κ. διεσμιγμένας τὰς χεῖρας ἀποδείξειας τῷ Θεῷ. Def. καὶ δοθήσεται ἔθνει ἑτέρῳ, ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς.

XVII. Quintus Tomus a pag. 289. usque ad

ad 308. incipit a verſ. 18. Cap. LX. Καὶ ὐκ ἀκυσθήσεται ἔτι ἀδικία ἐν τῇ γῇ συ. Interpretatio incipit Καὶ πολύ γε τὸ εἰκὸς ὁ λόγος ἔχει. Deſ. ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μυ.

XVIII. Sextus Tomus a pag. 308. uſque ad finem, incipit a medio verſ. 4. Cap. LXIV. Ἰδὲ σὺ ὠργίσθης, ϗ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. Interpretatio incipit Ἔδοξε τισὶ τῶν ἐξηγητῶν καθ' ἑτέραν ἔννοιαν τοῖς προκειμένοις προσβαλεῖν. Deſ. ἡμᾶς δὲ τύτων ἁπάντων ἀπαλλάξει Χριςὸς, δι' ὗ, ϗ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ ϗ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν. Mox totum Volumen his clauditur: Κυρίλλυ ἀρχιεπισκόπυ Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν προφήτην Ἠσαΐαν βιβλία ε' τόμοι ἕξ. Καὶ τετέλεςαι ἡ παρῦσα βίβλος τῶν εἰς τὸν Ἠσαΐαν. *Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini in prophetam Eſaiam Libri quinque, Tomi ſex. Et abſolutum eſt praeſens Volumen Expoſitionum in Eſaiam.* Illos ſex Tomos non de ſingulis libris, ſed de ultimo intelligi debere, conſpectus docet. Sed nunc de reliquis adcuratius videamus. Obſervandum igitur eſt, Cyrillum ſingulas periodos Prophetae ordine perſequi, nec quemquam locum intactum relinquere, ita ut, propoſita aliqua prophetiae particula, ſemper ſubiiciat interpretationem ſuam, illam quidem plerumque ſatis longam, non vagam tamen, ſed concinnam, ſibique inſtantem, ſolique Prophetae inhaerentem. Interpretem fere diceres pro concione, quodam quaſi ſermone, exponentem divina oracula. Prophetiae contextus heic adlatus, ſaepiſſime ab edito Ar. Montani differt. Confirmet Cap. XVII. varietas verſ. 1. Codex noſter τὸ pro τῦτο. 3. λοιπὸν & σύρων. 5. ἀςαχύων. 6. ῥόγες αὐτῆς καταλειφθῇ. 7. ὁ ἄνθρωπ. 8. poſt δάκτυλοι αὐτῶν inſeruntur ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν ἅγιον τῦ Ἰσραήλ, quae tamen in ſequentibus, in quibus hic verſus repetitur, omittuntur. Poſt δένδρ. additur αὐτῶν. 9. καταλελειμμέναι αἱ πόλεις συ, & ἐγκατέλειπον. 10. ἐγκατέλιπες, τῦ Θεῦ. 11. ἢ ἂν pro ἐν. τοῖς υἱοῖς. 12. ταραχθήσεσθε. νῶτος pro ἦχος. 13. καταφερομένυ. bis αὐτὸν pro duplici αὐτῦς. ἀχύρυ λικμώντων pro ὀρέων λελικμωμένον. καταιγὶς φέρυσα. 14. τῶν ὑμᾶς προνομευσάντων, καὶ κληρονομία τῶν ὑμᾶς κληρονομησάντων. Ipſe Codex paucis iiſque perexiguis lacunis interruptus eſt, & integrior altero, quem ſervat Abbatia Florentina: quod diſcimus ex iis verbis, quae primae paginae ultimi folii in margine noſtri Codicis ſunt adſcripta: ἕως ὧδε ἔχει τὸ βιβλίον τῆς ἀββατίας Φλωρεντίνης, nempe uſque ad illa noſtri πιςώσεται γράφων ὁ πάνσοφος Παῦλος. Ceterum in hiſce Commentariis litterae auctor inſiſtit, nec allegorias ſectatur. Multa iis eſſe addita, quae non ſunt Cyrilli, ſcripſit quidem Poſſevinus in Apparatu, ſed nullam rationem adfert, quae ſit alicuius momenti. Hoc vero opus Latine, curante Laurentio Hunfredo Anglo, prodiit anno MDLXII. Eliſabethae Angliae Reginae inſcriptum, & in editione operum Cyrilli Baſil. MDLXVI. in fol. recuſum fuit, ac Graeca recognovit Aubertus ex Cod. Vaticano Regio, & qui duos priores tantum continebat. Quare quum nemo vetuſtiſſimos noſtros Codices conſuluerit, poſſet aliquis novam abſolutiſſimam editionem, ope iſtorum Codicum, adornare.

Codex Graec. membr. Ms. antiq. Sec. XI. in fol. max. conſtat fol. 325.

ΣΥΝΤΑΞΙΣ ΛΕΞΕΩΝ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΩΝ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΕΚΑΤΕΡΑΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΦΩΝΗΣ.

CONSTRVCTIO DICTIONVM IVXTA ORDINEM ALPHABETI CONLECTARVM EX DIVERSIS LIBRIS VTRIVSQVE SACRAE VOCIS.

I. pag. 1. INſcribitur Σύνταξις λέξεων κατὰ ἀλφάβητον συλλεγεισῶν ἐκ διαφόρων βιβλίων ἑκατέρας τῆς θείας φωνῆς καὶ αὐτῆς δήπυ τῆς θυράθεν τάξει ϗ πλήθει πάνυ κεκοσμημένη. *Conlectio vocum ſecundum alphabetum, congeſtarum ex diverſis libris utriuſque divini ſermonis, & ipſius profani ordine & multitudine valde exornata.* Adferamus initium: COD. VII.

Ἄαπτος, ὁ ἀπροσπέλασος, παρὰ τὸ ἅπτω, ἢ ἄαπτος ὃ ὐκ ἄν τις ἅψαιτο. ἵν' ᾖ ὁ ἀπρόσιτος, ἢ ὁ ἄγαν ἁπτόμενος, ἐπιτάσει τῦ ά.

Ἄατος ὁ ἀβλαβὴς, ἄτη γὰρ ἡ βλάβη. ἢ ϗ ὁ χαλεπὸς ϗ ὁ βλαβερὸς, ἐπιτάσει τῦ α' ὕτως μέθοδος. ἢ παρὰ τὸ ἄω, τὸ βλάπτω. ἄσω ἄτος καὶ ἄατος.

Ἀάσχετος, ὁ ἀκράτητος, ἀπὸ τῦ σχῶ, σχήσω, ἔσχηκα, ἔσχεμαι, ἔσχεται, σχετὸς, ἢ ἄσχετος, ϗ πλεονασμῷ τῦ α', ἀάσχετος.

Ἀάβυκτον, μέλαν, ἀβλαβές.

Ἀαγὲς, ἄθραυςον, ἰσχυρὸν. ἄγω γὰρ τὸ κλῶ, ἀγὲς ϗ μετὰ τῦ ςερητικῦ α', ἀαγές.

Ἀάλιον, τὸ ἄτακτον ϗ ἀκρατὲς, ἀπὸ τῦ ἀλῶ, τὸ κρατῶ, ϗ ςερήσει τῦ α' ἀάλιον.

Finis pag. 404.

ὠψισμένος, βραδέως γινόμενος.

ὠψίσθη, ἐβράδυνεν.

ὠψωνηκότος, ὠψωνήσαντος δὲ μικρόν.

ὦ σχετλιαςικὸν ϗ ὦ κλητικόν.

Graece, & Latine heic dabimus, quae p. 404. noſtri Codicis ſcriba in calce adiecit: Ἀντεγράφη ἀπὸ πρωτοτύπυ πάνυ ἐσφαλμένυ μὲν, παλαιῦ δέ. Ἔτει γὰρ ς ω ν ε' γέγραπται ἐπὶ τέλυς εἶχεν, νῦν ἑξακισχιλιοςῦ ς π β' ὄντος. Τὸν δ' αὐθέντην ϗ συντακτὴν τῦ ἔργυ ὐκ ἐξεγένετο μαθεῖν. Ἡ γὰρ ἐπιγραφὴ τῦ βιβλίυ ὐδενὸς ἐμέμνητο. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ὑποβλεφάρῳ ἐνεγέγραπτο ἐρυθροῖς καὶ τῦ μέλανος μείζοσι γράμμασιν Ἀντωνίυ. Τίνος δὲ ϗ πόθεν ϗ κατὰ τίνα χρόνον ὐδαμῶς. Τὸ μὲν ὖν βιβλίον πλούσιον ὂν ϗ θείων ϗ παλαιῶν λέξεων τιμητέον, ϗ ἀσπαςέον. Τὸν δ' αὐθέντην αὐτῦ τοῖς θέλυσιν ἐξέςω ἐρευνᾶν. *Deſcriptus eſt hic liber ab exemplari, illo quidem valde mendoſo, vetuſto tamen. Anno enim ſexies milleſimo octingenteſimo quinquageſimo quinto ſcriptus eſſe ferebatur in fine, cum annus nunc ſit* 6982.

6982. *Auctorem vero & conlectorem operis cognoscere non licuit. Libri enim inscriptio nullius mentionem faciebat. At in prima pagina scriptum erat rubris & nigris maioribus litteris, Antonii; cuius vero, & unde, & quo tempore, nihil omnino. Codicem igitur locupletem & divinis dictionibus, colere & amplecti convenit. Auctorem vero ipsius, qui velit, inquirat.*

Haec ille. Ceterum inter Lexica inedita recensetur a Fabricio Tom. X. p. 52. & in multis exstat Bibliothecis, praecipue in Monacensi Electoris Bavariae, & Dresdensi Regia, in cuius Codice adcepimus conlectorem adpellari Georgium Hieromonachum, qui hoc opus ex Suida excerpserit. Multa de hoc Lexico egregia profert Montefalconius in Biblioth. Coisliniana P. I. p. 238. qui consulendus. Illud Willelmus Langius, qui & ipse indiculum Mediceae Bibliothecae conscribillavit S. Maximo adtribuit.

Exstat etiam Venetiis in Bibliotheca Card. Bessarionis, ut conligitur ex Catalogo eiusdem Biblioth. ab Ant. M. Zanetto, & Ant. Bongiovannio edito Venet. A. MDCCXL. fol. Part. I. p. 257.

Interim multa offendimus, quae docta, exquisita, pulcra sunt, & haec facile, nonnulla levia, frivola, & inepta suo nitore defendunt. Veterum auctorum editorum, ac deperditorum saepe fit mentio, eorumque, & ceterorum multa exponuntur.

II. p. 405. Adiunctum est nostro aliud Lexidion quinque foliis comprehensum, sed nullo auctore, nullo titulo adscripto, omnisque ordinis expers. En eius initium: Ὀπάζειν παρέχειν. Κύδεος ἱμείρυσα, δόξης ἰσοθέυ ἐπιθυμῦσα. Ἐσσομένοισι, τοῖς μετέπειτα κ. λ.

III. p. 411. Tertium idemque ultimum est integrum, & tribus foliis, quamvis nullo ordine, complectitur Δικῶν ϗ κατηγοριῶν ὀνόματα. Inc. Ἡ περὶ κοινῦ τινὸς ἀδικήματος ἀγωγὴ δημοσία, ὁμοίως ϗ ἰδιωτικὴ εἰσαγγελία κατωνομάζεται. Desinit ϗ τῦτο ἐςὶν ὁποῖον τὸ ἐν ταῖς τῶν σοφιςῶν διατριβαῖς μελετῶμεν, τὸ τῶν ἀγράφων ἀδικημάτων. Dignum editione Opusculum, cuius aliud habemus exemplar Pl. IX. Cod. 27.

Cod. Graec. chartac. Ms. in quarto minori, minute quidem, sed perspicue exaratus Sec. XV. constat fol. 413.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ

CYRILLI EXPOSITIO SVPER SS. PROPHETAS.

Titulus ita restituendus.

COD. VIII. I. pag. 1. ΣΥναγωγὴ ἐξηγησέων εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν ἐκ διαφόρων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων συλλεχθεῖσα παρὰ τῦ ἀρχιεπισκόπυ Κύπρυ, κυρῦ Νικολάυ τῦ Μουζὰν, τῦ μεγάλυ βασιλέως προθεώρυ. *Conlectio expositionum in prophetam Esaiam e diversis sanctis Patribus & Doctoribus confecta ab Archiepiscopo Cypri, Domino Nicolao Muzan, magni Regis Protheoro.* Animadvertendum primo est incautum & oscitantem hominem, qui voluminis tegumento nomen auctoris inscripsit, pro Nicolao posuisse Cyrillum, eo quod interiorem voluminis inscriptionem perperam legerit, ubi habetur τῦ ἀρχιεπισκόπυ κυρῦ Νικολάυ, ϗ τ. λ. κυρῦ enim honoris titulum, pro ipso nomine adcepit, & τῦ Κυρίλλυ contractum existimavit. Pag. eadem haec praefatio sequitur: Ἀρχομένυς ἡμᾶς τῆς διασαφήσεως τῶν τῦ προφήτυ Ἡσαΐυ ῥημάτων εὔχεσθαι χρὴ, λαβεῖν τὸ τῆς σοφίας ϗ τὸ τῆς γνώσεως ϗ τὸ τῆς διδασκαλίας χάρισμα, ὥς τε πάντα ὁμῦ συνδραμόντα τῷ ἡγεμόνι κυρίῳ ἡμῶν ἐντυπῶσαι τὴν πάσης τῆς προφητευομένης ἀληθείας μόρφωσιν. Ἔςι δὲ τῦ μὲν λόγυ τῆς γνώσεως χρεία πρὸς τὸ θεωρεῖν τῦ πνεύματος τὰ ἀπόῤῥητα· τῦ δὲ λόγυ τῆς σοφίας πρὸς τὸ κατασκευάσαι ϗ ἐξεργάσασθαι τὰ συνεςραμμένως ἐν βραχυλογίαις ἐκδεδομένα. Ἴδιον γὰρ τῆς σοφίας τὸ ἐκτείνειν λόγον. Ἐξέτεινα γὰρ φησὶ λόγυς ϗ οὐ προσείχετε. Ἔπειτα τῦ τῆς διδασκαλίας χαρίσματος εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἀκυόντων. Ἰςέον γὰρ πρὸ πάντων, ὡς χρὴ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ὡρμημένυς ἐπὶ Θεῦ τὰ ἐναντιύμενα ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει ὁμολογεῖν, μὴ νοεῖν. οἷον κατὰ τὰς κοινὰς προλήψεις ἐςὶ τὴν θείαν φύσιν ἀγαθὴν ϗ ἀόργητον ϗ δίκαιαν ὁμολογεῖν. Ἐὰν γὰρ ὀργιζόμενον ἢ λυπύμενον ἢ μεταμελόμενον ἢ μὴ κατ᾽ ἀξίαν τινὶ χρώμενον ἡ γραφὴ λέγει, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως βύλημα, καὶ μεριμνᾶν, τίνα τρόπον ἀποκαταςῆσαι δυνηθῶμεν, ὐχὶ δὲ ἀνατρέπειν τὰς ἀξιολόγυς περὶ Θεῦ ὑπολήψεις, καὶ ὕτως ἀπροσκόπτως ἐντευξόμεθα ταῖς γραφαῖς, ἀπὸ μὲν τῶν εὐληπτῶν ὠφελύμενοι, ἐκ δὲ τῶν ἀσαφεστέρων μὴ βλαπτόμενοι. Ἐὰν δέ τις ἐγκαλῇ τῇ θείᾳ γραφῇ, ὡς ὐ διδασκαλικῇ, ὐδὲ εὐεργετικῇ τῶν ὠφελεῖσθαι δυναμένων, καταμανθανέτω πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρωπίνων διακόσμησιν. ὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὑποδεεςέροις ϗ τοῖς κατὰ τὸν βίον πράγμασιν· ὅτι τοῖς μὲν ἀλόγοις εὔκολον τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὴν τροφὰς αὐτομάτυς, ϗ σκέπη αὐτοφυῆ ϗ τὰ ἐκ τριχῶν καὶ πτερῶν ἐνδύματα, ἡ τὰ σύμπαντα οἰκονομῦσα δύναμις ἐχαρίσατο. Τὸν δὲ ἄνθρωπον γυμνὸν παραγαγῦσα λόγον ἔδωκεν ἀντὶ πάντων, δι᾽ ὖ αἵτε τομιςικαὶ συνέςησαν τέχναι, οἰκοδομικὴ, ὑφαντικὴ, γεωργικὴ, χαλκευτικὴ, τὸ τοῖς σώμασιν ἐνδέον ἀναπληρύσης τῆς ψυχῆς τῇ παρυσίᾳ τῦ λόγυ· ὥσπερ γὰρ ἐν τύτοις ὐχὶ βασκαίνων ἡμῖν τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμῶν παραπλησίως τὺς ἀλόγυς συναπογεννηθῆναι πάντα ὁ δημιυργὸς ἡμῶν ὐ συνεχώρησεν, ἀλλὰ τὴν ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων γυμνάσιον ἡμῖν τῆς διανοίας ἐμηχανήσατο, ὕτω καὶ τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς ἀσάφειαν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῦ νῦ διεγείρων αὐτῦ τὴν ἐνέργειαν ἐπετήδευσε. Πρῶτον μὲν, ἵνα τύτοις ἐνασχολύμενος τῶν χειρόνων ἀφέλκηται. Ἔπειτα, ὅτι τὰ πόνῳ κτηθέντα μᾶλλον πῶς ἀγαπᾶτε ϗ τὰ διὰ μακρῦ προσγενόμενα μονίμως τε παραμένει. ὧν δὲ ῥαδία ἡ κτῆσις, οὐ περισπύδαςος ἡ ἀπόλαυσις. εὐκαταφρόνητος γὰρ ἡ τῶν προχείρων παρυσία, ϗ ὐδεμιᾶς φυλακῆς ἀξιυμένη τοῖς ἔχυσι. Διὰ τῦτο ϗ ἡ τῶν ὀνείρων φύ-

φύσις ἀσαφὴς ϗ πλαγία, καὶ οὐδὲ μικρᾶς δεομένη τῆς ἐκ τοῦ νοῦ ἐντρεχείας. Καὶ πολλὴ συγγένεια πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὀνείρων αἰνιγμάτων τοῖς κατ' ἐπίκρυψιν ἐν τῇ γραφῇ δηλουμένοις· ὅθεν καὶ Ἰωσὴφ καὶ Δανιὴλ τῷ προφητικῷ χαρίσματι τὰ ὀνείρατα διεγίνωσκον, ἐπειδὴ οὐκ αὐτάρκη τὰ τῶν ἐννοιῶν πρὸς τὴν θήραν τῆς ἀληθείας. Πρὸς δὲ τούτοις χρεία τῆς ἐν τῷ βίῳ καθαρότητος, ὥστε ϗ πρὸς τὴν τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς ἐπιτήδευσιν τὸ ἐν ταῖς γραφαῖς κεκαλυμμένον διαγνωσθῆναι. Χρεία δὲ πρὸς τῇ καθαρότητι τοῦ βίου ϗ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς, ἵνα τὸ σεμνοπρεπὲς ϗ μυστικὸν τῶν θείων λογίων ἐκ τῆς συνεχοῦς μελέτης ἐντυπωθὲν τῇ ψυχῇ. Ὅτι δὲ βίου ὅλου δεῖται ἡ τῶν θείων λογίων μελέτη, συνίστησιν ὁ Μωσέως βίος, ὃς ἐν μὲν τῇ πρώτῃ τεσσαρακονταετηρίδι ἐπαιδεύθη τὰ Αἰγυπτίων. Ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ τεσσαρακονταετηρίδι ἐπὶ προφάσει τοῦ ποιμαίνειν εἰς τὰς ἐρημίας ἀναχωρήσας τῇ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἐπεσχόλα, καὶ οὕτω λεπτὸν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείας ἀξιωθεὶς μετὰ τὴν τεσσαρακονταετηρίδα ἄκων ὑπὸ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν κατηνέχθη, καὶ οὐδὲ τότε διηνεκῶς τῷ πρακτικῷ παρέμενε βίῳ, ἀλλὰ ϗ πρὸς τὸν ἐποπτικὸν ἐπανίει πολλάκις, ὅθεν καὶ εἰς τὴν Αἰγυπτικὴν εἰδωλομανίαν ὅλως ὑπηνέχθη τὰ πλήθη· τῷ Θεῷ συνόντος τοῦ ἀνδρὸς ἐν τῷ ὄρει· τοιοῦτο δέ τι ϗ ὁ Ἠλίας, τὸν τῶν ἀνθρώπων ὄχλον διαδιδράσκων, ϗ ἐπὶ τὰς ἐρημίας φιλοχωρῶν. Εἰ τοίνυν τοῖς ἁγίοις μετὰ πάσης εὐσταθείας τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπονεῖτο τῆς ἀληθείας ἡ ζήτησις, πῶς οὐκ ἀλόγως τοὺς καρποὺς τῶν μυρίων καμάτων ἄνευ τινὸς πραγματείας ἐπιζητεῖν; Τήρει γὰρ καὶ Ἠλίας μεθ' ὅσον ἀναχωρήσας καὶ ἡσυχίας, καὶ καμάτους, ἰδεῖν Θεὸν ἠξιώθη. Inde a pag. 1. *b.* uſque ad pag. 4. teſtimonia adferuntur quorumdam Patrum de Eſaia propheta, quorum exordia mox dabimus. Et Theodoreti quidem ita incipit: *Τῆς μέντοι προφητικῆς συνθήκης τὰ μέν ἐστι σαφῆ, ϗ γυμνὴν ἔχοντα τὴν διάνοιαν, τὰ δὲ τροπικῶς εἰρημένα ϗ ἑρμηνείας δεόμενα. Ἅπαντες* (A verbo *ἅπαντες* inc. praef. in edit. Pariſ. G. L. Oper. Theod. An. MDCXLII. T. II. p. 1.) *μὲν γὰρ οἱ θεσπέσιοι προφῆται οὐ μόνον τὰ τῷ Ἰσραὴλ κ. λ.* Deſ. *ἣν ὑπέμειναν τῆς κατὰ τοῦ δεσπότου μανίας εἰσπραττόμενοι δίκας.* Sed in edit. cit. ſunt alii quinque verſus, quibus Praefatio abſolvitur. Sequitur einde pag. 2. Baſilii Praefatio, cuius initium: *Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης, ἐν οἷς ἐπλεόνασεν ἡ κακία, κ. λ.* Finis: *ἑκάστῳ τῶν καθ' ἱστορίαν λεγομένων, ϗ τοῦ μυστικοῦ συγκαταπεπλεγμένου* (In Cod. IX. eiuſdem Plutei legitur *συγκαταπεπλεγμένων*.) Hoc, fragmentum eſſe Praefationis Baſilii, quae occurrit in edit. Pariſ. G. L. eius Operum A. MDCCXXI. T. I. p. 383. §. VIII. verſus finem, tandem deprehendimus. Cyrilli hoc initium eſt: *Ἀσυμφανὴς γὰρ ἀεὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος.* Finis: *οὐκ ἠμοιρηκότας τοὺς τῆς ἑαυτοῦ συγγραφῆς ποιεῖται λόγους.* Adeſt in edit. G. L. Pariſienſi Operum S. Cyrilli An. MDCXXXVIII. Tom. II. p. 1. Pag. 3. Chryſoſtomi inc. *Τοῦ προφήτου δὲ τούτου τὸ ἐξαίρετον μάλιστα μὲν ϗ αὐτόθεν ἐστὶν ἰδεῖν.* Deſ. *ἄρξασθαι τῶν προοιμίων.* Exſtat inter Opera S. Io. Chryſoſtomi editionis Pariſienſis A. MDCCXVIII. T. VI. pag. 1.

Sequuntur pag. 4. explicationes ipſae. Eorum, qui ab initio ad finem uſque Eſaiam inluſtrarunt nomina, ſunt quae ſequuntur: Baſilius Caeſareenſis, Theodoretus, Cyrillus, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Euſebius Caeſareenſis, Theodorus Heracleae, cuius haec ſunt pag. 21. *b.* *Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ἰσραὴλ αὐτὸν οὐκ ἔγνω, ϗ ὁ λαὸς αὐτὸν οὐ συνῆκε, τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν σπέρμα, ὁ ἀποστολικὸς χορὸς, συνῆκέ τε αὐτὸν ϗ ἐπέγνω* (Cod. *ἐπέγν.*) *εἰκότως ἀφορίζεται τοῦ πλήθους. Ἄτοπον γὰρ τὸ νομίζειν τοὺς ἀποστόλους τῶν ἀσεβῶν σπέρματα λέγεσθαι, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι. Πρέπει δὲ τῶν προφητῶν σπέρμα αὐτοὺς εἶναι ἡγεῖσθαι.* Deinceps Euſebius Emeſenus, Athanaſius, Theodorus Mopſveſtiae, Iſidorus Peluſiota, Gregorius Nyſſenus, Dionyſius, qui pag. 177. *b.* locum de Seraphinis ita declarat: *Αὕτη τοίνυν ἡ τῶν Σεραφὶμ διακόσμησις, ἡ κύκλῳ Θεοῦ ϗ περὶ Θεὸν ἀμέσως ἑστηκυῖα, ϗ ἁπλῶς καὶ ἀκαταλήκτως περιχορεύουσα τὴν αἰώνιον αὐτοῦ γνῶσιν, κατὰ τὴν ὑπερτάτην, ὡς ἐν ἀγγέλοις ἀεὶ κίνητον ἵδρυσιν.* Severus, Ἀνεπίγραφος, & Maximus, qui pag. 36. *b.* haec adfert ex LXV. capite eorum, quae ad Thalaſſium ſcripſit: *Κατὰ τοίνυν τὴν πνευματικὴν θεωρίαν, τὸ μὲν σάββατον, τελεία παθῶν ἐστιν ἀπραξία, ϗ τῆς περὶ τὰ πεποιημένα καθολικὴ τοῦ νοῦ παυσωλὴ κινήσεως ϗ πρὸς τὸ θεῖον τελεία διάβασις κ. λ.* Adduntur poſtea & alia ex *Sermone de Novilunio*. Nec raro ad marginem adferuntur horum interpretum libri, unde explicationes ſint hauſtae. Lacunas quidem pauciſſimas obſervavimus; ſed contextus Graecus Vaticinii paſſim ab edito differt, qui exſtat in Bibliis Ariae Montani. Quamobrem & is, & novi Foederis loca, quae ſaepiſſime heic adferuntur, non ſine magna rei litterariae utilitate, cum vulgaribus editionibus componi poſſent. Ceterum haec egregia conlectio enarrationum, quamvis integra, & ſatis ſpiſſa ſit, complectitur tantum prima ſexdecim capita Prophetae. Deſinit enim in Cap. XVII. a quo initium ſumit Codex VI. de quo ſupra p. 14. Maioris tamen facienda vel propterea eſt, quod pleraeque harum expoſitionum numquam antea lucem viderunt; ut animadvertit Nic. Holſtenius in ſchedis quibuſdam Mss. quae apud nos adſervantur in hunc ferme modum „ Nicolai Archiepiſcopi Cypri Catena expoſitionum in Eſaiam. Opus praeclarum, in quo multa exſtant fragmenta SS. PP. quorum opera interciderunt „ De ea non agit Fabricius in Biblioth. Graeca Lib. V. Cap. 42. T. X. p. 295. ubi pauca quidem de Nicolao Muzano ſubnotavit. Fuit autem Cypri Archiepiſcopus, & abdicato munere, Coſmidii Coenobium ſeceſſit, ubi quum XXXVII. annos privatam vitam egiſſet, regiae eiuſdem Vrbis Pontifex factus eſt, menſe Decembri A. MCXLVII.

A. MCXLVII. eiecto Cosma II. Patriarcha, Manuele Comneno imperante. Vid. Leunclavium Lib. IV. Iuris Graeco-Rom. de Translationibus Episcoporum p. 295. Catalogum eorumdem Patriarcharum, & Io. Cinnamum Hist. pag. 47. At, ubi arduum subire munus coepit, omnium ora in ipsum commota fuisse, tradit Cinnamus, Byzantinam sedem ab eo iniuste occupari clamantium, ceu sacerdotium antehac cum Ecclesia, quam nactus erat, deposuisset. Qui audacter primum sede cedere noluit; abdicata mox dignitate, ad vitam privatam rediit, ut videre est apud Mich. Le Quienium in Oriente Christiano Paris. MDCCXL. Tom. I. p. 268. & Tom. II. pag. 1051. Vid. etiam Bandurium ad Antiquitates Constantinopol. pag. 919. 920. Eius Synodicon, quomodo sacramenta ministrari debeant, citat Nic. Comnenus p. 310. Praenot. Mystagog. Et aliud, ne Laici testes sint contra Clericum, p. 285. & 245. Hunc Muzanum testatur Balsamo ad Can. 63. Trullanum, quum in vitam S. Parasceves a fabulatore quodam inepte, & inficete scriptam incidisset, eam flammis tradidisse, atque Diacono cuidam rectius scribendam iniunxisse.

Ceterum nulla est apud Caveum, & Oudinum, ut alios omittam, operis plane ignoti mentio. Sed neque Nicolaus hic Archiepiscopus, ullibi apud eos memoratur.

Cod. Graec. membranac. Ms. maximae magnitudinis Sec. XII. constat fol. 353. cuius specimen damus Tab. I. N. III.

ΛΥΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ Δ. ΜΕΙΖΟΥΣ ΠΡΟΦΗΤΑΣ.

CATENA IN IV. MAIOR. PROPH.

COD. IX. Complectitur hic praestantissimus Codex integrum contextum quatuor Prophetarum maiorum, & in eosdem adnotationes multorum Patrum, & clarorum virorum, quorum nomina ad Prophetas singulos adferemus. Primum locum Esaia obtinet.

I. pag. 1. praecedunt duobus primis foliis Praefationes, uncialibus litteris exaratae, Basilii Caesareensis, Cyrilli Alexandrini, & Theodoreti, singulis paginis in tres columnas divisis. Et Basilii quidem praefatio, una & dimidia fere columna auctior illa est, quae praemittitur octavo Codici huius Plutei. Incipit: *Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν ἡ φανερὰ καὶ αὐτόθεν ληπτή. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης κ. λ.* Des. *ταῖς δὲ τὸ ἡγεμονικὸν συγκεχοσμένον ἐχούσαις ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας σπίλων οὐκ ἔτι.* Post verba *καὶ τοῦ μυστικοῦ συγκαταπεπλεγμένων*, in quibus desinit VIII. Codicis praefatio, ita in hoc persequitur: *Ὁρῶσι δὲ οἱ προφῆται οὐ τὰ μέλλοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παρόντων τὰ λανθάνοντα καὶ ἄδηλα* lacuna Codicis *ἡ δὲ ὀνείρων πρόγνωσις, ὡς οἰωνὸν φησὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Δανιὴλ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. Πῶς οὖν καὶ Φαραὼ καὶ Ναβουχοδονόσορ; ὅτι περὶ τῶν κοσμικῶν καταστάσεων τοὺς κρατοῦντας ἔδει προβλέπειν, ἵνα πιστεύηται. Πῶς δὲ καὶ Βαλαὰμ προφητεύει καὶ Καϊάφας; Ὅτι κἀκεῖνοι τοὺς πειθομένους εἶχον, ὁ μὲν ὡς ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ ὡς μάντις. Οὐ γὰρ ψυχῆς καθαρότης ἐνταῦθα, οὐδὲ διὰ ὑγιείαν νοῦ ἐνορῶντος Θεὸν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν δύναμιν σπῶντος, ἀλλ᾽ οἰκονομικῶς ἐν αὐτοῖς ὁ λόγος, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν καιρόν. Πῶς προεφήτευον αἱ καθαραὶ καὶ διαυγεῖς ψυχαὶ, οἱονεὶ κάτοπτρα γινόμεναι τῆς θείας ἐνεργείας, τὴν ἔμφασιν τρανὴν καὶ ἀσύγχυτον, καὶ οὐδὲν ἐπιθολουμένην ἐκ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἐπεδείκνυντος· πᾶσι μὲν γὰρ πάρεστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλὰ τοῖς μὲν καθαρεύουσι τῶν παθῶν, τὴν ἰδίαν ἐμφαίνει δύναμιν, ταῖς δὲ τὸ ἡγεμονικὸν συγκεχοσμένον ἐχούσαις ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας σπίλων οὐκ ἔτι.* Quae quidem Praefationis pars occurrit, sed diversa admodum, & brevior inter Opera Basilii G. L. Paris. edition. A. MDCCXXI. T. I. p. 380. a numero 4. ad 5.

II. Ibid. *b* *Τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν προοίμιον. Sanctissimi Cyrilli Archiepiscopi Alexandriae in Esaiam prooemium.* Eius initium hoc est: *Ἀσυμφανὴς μὲν ἀεὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος.* Des. *συγγραφῆς ποιήσεται λόγους.* Convenit cum edito inter opera G. L. Cyrilli Paris. A. MDCXXXVIII. T. II. p. 1.

III. p. 2. *b*. *Θεοδωρίτου ὑπόθεσις τῆς Ἡσαΐου προφητείας. Theodoreti argumentum Esaiae Prophetiae.* Inc. *Ἅπαντες οἱ θεσπέσιοι προφῆται οὐ μόνον τὰ τῷ Ἰσραὴλ συμβησόμενα προηγόρευσαν.* Des. *πλὴν κἂν τούτοις φροντιῶ τῆς συντομίας εἰς δύναμιν.* Concordat cum edit. in G. L. operib. Paris. A. MDCXLII. T. II. p. 1.

IV. p. 3. *b*. Leguntur litteris quadratis & aureis scripti Nicetae, cuius meminit Montefalconius Palaeogr. Graec. Lib. I. Cap. VIII. p. 104. sed per errorem ait, exstare hunc Codicem in Plut. IV. hi senarii versus:

Ἡ τῶν προφητῶν ἀκρότης Ἡσαΐας,
Τὸν νοῦν καθαρθεὶς ἄνθρακι φλογὸς ξένης,
Καὶ δὴ τὸ μέλλον ὡς ἐνεστὼς προβλέπων,
Χριστοῦ διετράνωσε τὴν παρουσίαν,
Πτῶσιν προηγόρευσε τῶν χριστοκτόνων,
Πίστιν προεῖπε τῶν πρὶν ἔξωθεν νόμου,
Καὶ παντὶ κόσμῳ τὴν παλίρροιαν βίου,
Πρισθεὶς φθόνῳ δὲ, καὶ πόλον λαχὼν μένειν,
Ῥήσεις λέλοιπεν εἰς ὄνησιν ἐν βίῳ,
Ἅσπερ Νικήτας, ὃν στέφους κοιτὼν ἔχει,
Ἐν ὡραϊσμῷ συντέθεικεν ἐνθάδε
Εἰς πίστεως ἔνδειγμα, καὶ ψυχῆς λύτρον.
Prophetarum apex Esaias,
Mente purgatus a carbone flammae alienae,
Futurique ut iam imminentis providus,
Christi significavit praesentiam,
Casumque praedixit Christicidarum,
Fidem praenunciavit ante a lege alienorum,
Totique mundo vitae restitutionem.
Dissectus autem invidia, polique sorte donatus,
Dicta reliquit vitam adiutura,
Quae Nicetas, quem coronae sedes habet,
Heic concinne composuit
In fidei documentum, animaeque lytrum.

Auctor istorum Carminum est fortasse Nicetas ille Heracleensis, Ecclesiae Constantinopol. Diaconus & magister, heinc Archiepiscopus Serrarum in Macedonia prima, ac demum Heracleae Ponti in Thracia Metropolita, qui floruit Anno Christi circiter MLXXVII. aetate Theophylacti Bulgarorum Episcopi (cuius ad eum Epistolae feruntur) quique etiam Catenas in varios S. Scripturae libros, ac praecipue in Epistolas Paulli (apud nos Pl. IV. Cod. I. & Plut. IX. Cod. X.) & in Matthaeum Evangelistam concinnavit, ut notat Fabricius, cui ignota fuit haec nostra in IV. Prophetas Maiores Catena, Biblioth. Graec. Lib. V. C. 5. Tom. VI. p. 432. & Lib. V. Cap. 17. Tom. VII. p. 765.

Adnotationum auctores sunt septem, Basilius Caesareensis, Theodoretus, Cyrillus Alexandrinus, Theodorus Heracleota, Eusebius Caesareensis, Severus, & qui rarissime occurrit Chrysostomus. Earum autem hoc est initium: Τῶν παρ' ἡμῖν αἰσθητηρίων τὸ ἐναργεςάτην τὴν κατάληψιν ἔχον. Des. pag. 123. ἧς κὴ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν εὐχαῖς κὴ πρεσβείαις πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

V. p. 124. Τȣ̃ ἁγίȣ Ἰωάννȣ ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως τȣ̃ Χρυσοςόμȣ εἰς τὸν Ἱερεμίαν. *Sancti Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani in Hieremiam.* Praefatio in quindecim columnas, tribus paginis dividitur. Incipit vero Λεκτέον τίς ἡ προφητεία, κὴ πότε ἤρξατο, κὴ πότε πέπαυται, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔληξε, καὶ τί λαβεῖν ἐςὶν ἐκ ταύτης εἰς τὸν βίον ὠφέλιμον. Προφητεία τοίνυν τὸ λέγειν. Des. μετὰ ταῦτα παιδεύεται παρ' αὐτȣ̃. Atque haec quidem praefatio desumta fortasse fuit ab expositione in Hieremiam, Chrysostomo adscripta, quam passim in Bibliothecis exstare ait Montefalconius in nupera editione Operum Chrysostomi Paris. An. MDCCXVIII. seq. Tom. VI. p. 157. cuius apographum ex Bavarica Bibliotheca sibi descriptum, ne luce quidem, ne dum tanto auctore dignum opusculum, sed nugas meras, & quisquilias existimavit, ideoque consulto praetermisit in memorata editione. Vide etiam Fabricium Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 15. T. VII. p. 644. Einde legitur vita Prophetae ἀδέσποτος, cuius initium: Ἱερεμίας υἱὸς Χελκίȣ τȣ̃ ἱερέως. ἦν ἐξ ἀναθὼθ κ. λ. Des. ὅπως γένηται κοινωνὸς Μωϋσέως. Pag. 128. Tabula heic adiecta, optimeque servata, repraesentat Hieremiam prophetam oracula divinitus adcipientem. Verba in titulo imaginem ambiente, quam aere incisam exhibemus Tab. II. haec sunt: Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν ȣ̓ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτὸν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιςήμης κὴ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτȣ̃, κὴ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ αὐτȣ̃. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεςράφη. Αὕτη ἡ βίβλος τῶν προσταγμάτων τȣ̃ Θεȣ̃ κὴ νόμος ὑπάρχων εἰς αἰῶνα. *Hic Deus noster non alter existimabitur ab eo. Invenit omnem rationem scientiae, eamque Iacobo tradidit eius filio, & Israeli, dilecto eius. Post illa in mundo visus, iterum inter homines versatus est. Hic liber est praeceptorum divinorum, & lex, quae manet in aeternum.* Pag. 129. hi senarii occurrunt, quos etiam aere delineatos Tab. I. N. VII. damus.

Θρηνῶν προφῆτα καὶ μετακλαίων πόλιν
Πέπαυσο λοιπὸν τὴν φόνων πεπλησμένην,
Ὁ μητρὸς ἔνδον γαςρὸς ἡγιασμένος,
Καὶ μὴ πτοηθῇς εἰς ἔθνη τεθειμένος,
Ὡς εἰς ἀπειθεῖς πρὶν κελευσθεὶς ἐκτρέχειν,
Ἀλλ' ἐξαναςὰς, ἆρον ὀφθαλμὸν κύκλῳ,
Θρήνων ἑταῖρον δακρύων τὴν πλημμύραν,
Ἐπείπερ ȣ̓ τέθνηκας, ἀλλὰ ζῇς ἄνω.
Καὶ βλέψον ἔθνη, τὰ πρὶν ἐκτὸς, ἐν νόμῳ,
Υἱȣ̀ς Σιὼν τε, τȣ̀ς ὑπερτίμȣς, κόνιν,
Καὶ χαῖρε τῶν σῶν εἰς τελείωσιν λόγων,
Οὓς τῇδε συντίθησιν εὐσεβὴς νόος.

Deflere propheta lacrymisque prosequi urbem
Desine iam caedibus plenam,
Qui matris in utero es consecratus,
Nec verearis quum inter gentes locatus fueris,
Te tamquam ad infidos esse iussum adcedere,
Quin potius surgas, leva oculos in circuitu,
Lamentationum & lacrymarum copia omissa,
Siquidem non mortuus es, sed sursum vivis.
Quin gentes adspicias antea externas, nunc legi subiectas,
Sionis filios praestantes in pulverem redactos.
Laetare tandem perfectioni tuorum sermonum,
Quos pia mens heic composuit.

Versum septimum quamvis ad Codicis fidem repraesentavimus, tamen sic convertimus, quasi primum scriptum fuerit Θρήνων ἑταῖρον δακρύων τε πλήμμυραν. Heinc a pag. 130. usque ad 222. Hieremiae contextus Graecus in duas, vel tres columnas paullo maiores singulis paginis dividitur, adnotationibus quidem eadem ratione, atque in Esaia dispositis, sed paucioribus. Primum & maximum locum occupant Chrysostomi expositiones: ceterarum auctores Severus Antiochenus, Olympiodorus, Isidorus Pelusiota, Theodoretus, Victor presbyter, Eusebius Caesareensis, ἀνεπίγραφος, & Cyrillus, quarum initium: Τὸ μὲν ὄνομα Ἱερεμίας, ὡς κὴ ἡ βίβλος φησὶ, κ. λ. Finis: τὴν δεξιὰν λήψεται ςάσιν. Observandum est p. 204. tria folia fuisse in ora Codicis recisa, ubi adscripta erat sancti alicuius Patris Catena, unde haec recens manus iure adnotavit: *O factum male! delere nomen Patris fortasse arcani.*

VI. p. 223. sequitur Θεοδωρίτȣ ἐπισκόπȣ Κύρȣ. *Theodoreti Episcopi Cyri*, nempe Praefatio in Ezechielem. Inc. Ὁ μακάριος Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης ἤρξατο τῆς προφητείας ἐν τῷ πέμπτῳ ἔτει τῆς αἰχμαλωσίας Ἰωαχεὶμ τȣ̃ κὴ Ἰεχονίȣ. In editione operum Praefatio est amplior: nostra vero incipit tantum a verbis οὗτος ὁ προφήτης, ut videre est Oper. Theodoreti T. II. pag. 302. Des. τὴν οἰκοδομίαν ϗ ἄλλα μύρια. In citata editione absolvitur post alios quinque versus. Alteram eiusdem paginam ambit alia vita Ezechielis ab eadem ma-

manu, sed paullo post scripta, cuius initium: Ἰεζεκιὴλ ὑὸς Βυζὴ ἦν ἐξ ἀριρᾶ ἐκ τῶν ἱερέων, κ. λ. Finis: ἐξ ὧν δὴ καὶ ἀνῃρέθη. Pag. 224. Σχόλια εἰς τὴν τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὅρασιν. *Scholia in Ezechielis visionem*. Inc. Δείκνυσι τῷ προφήτῃ διὰ τῆς ὀπτασίας κ. λ. Des. πρὸς δὲ τὰς ἄνω δυνάμεις. διὰ τῆς ψυχῆς. Auctores Scholiorum sunt Polychronius, Apollinaris, Origenes, Theodoretus, & Cyrillus Alexandrinus. Pag. 225. *b*. eiuscemodi, quales in superioribus iam bis vidimus versus, aureis characteribus leguntur, quos heic subiecimus.

Ψυχῆς τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ φαιδρὸν καρδίας,
Ἰεζεκιὴλ τῶν ὑπὲρ λόγον λόγων
Κατηξίωσε, καὶ θεαμάτων ξένων.
Θεὸν γὰρ εἶδεν, ὡς ἐφικτὸν προσβλέπειν,
Καὶ τῶν Χερουβὶμ ἐκπεπαίδευται θέαν,
Στάσιν, φόβον, κίνησιν, ἔλλαμψιν, λόγους,
Σαφῶς ἔβλεψε τῆς ἄνω λειτουργίας.
Ὅθεν καθαρθεὶς καὶ διδαχθεὶς προβλέπειν,
Οὕτω σαφῶς ἔδειξεν εἰδέναι τέλος
Τῶν πραγμάτων πᾶν, ὡς γράφειν καὶ τὰ μέτρα
Τῶν εἰς ἔπει τακτισμάτων ἐν τοῖς λόγοις,
Οὓς ὧδε κοσμεῖ κοσμία ψυχὴ πόθῳ.
Mentis splendore & puritate cordis
Ezechiel, ineffabilibus sermonibus
Dignus habitus est & novis visionibus.
Deum enim vidit tamquam adcessibilem visu,
Et Cherubinorum faciem edoctus est;
Statum, timorem, motum, splendorem, sermones,
Clare adspexit coelestis ministerii.
Heinc mundatus & doctus qui praevideat
Tam clare ostendit se nosse finem
Omnem rerum, ut etiam describeret modos
Futurorum consiliorum in sermonibus,
Quos heic docta mens inlustravit labore.

Ἀνθρώποις ἀνέφηνας ἰδεῖν νοεσύνθετον ἄστρον.
In beatum Dionysium de Caelesti Hierarchia.
Angelicae sapientiae radios multos adsecutus,
Hominibus exhibuisti conspiciendum intelligibile astrum.

Hoc legitur etiam in editione Iunctina Florentiae A. MDXVI. 8.

II. Aliud, quod in eadem desideratur editione in turbam damus:

Οὐρανίων θιάσων ἱεράρχικα τάγματα μέλψας,
Μορφοφανῶν τε τύπων κρύφιον νοῦν εἰς φάος ἕλκων,
Ζωοσόφων λογίων θεοτερπέα πυρσὸν ἀνάπτει.
Caelestium chorearum quum sacros, principesque ordines demulseris,
Typorumque illorum, qui certis formis conspiciuntur absconditam mentem in lucem produxeris,
Eloquiorum, quae viva sapientia praedita sunt, facem, vel ipsum Deum delectantem adcendis.

Eadem p. 1. *b.* legitur Πρόλογος, qui inc. Τὴν μὲν εὐγένειαν κ. λ. tum scholia, quorum initium est: Ἰστέον ὥς τινες κ. λ. vulgo adscripta S. Maximo, qui sec. vixit VII. sub Heraclio Imp. cuius primus erat a secretis: postea Abbas Coenobii Chrysopolitani. Ab Arianis actus in exsilium, anno DCLXII. ut ferunt, martyrii coronam adeptus est. Magna polluit eruditionis, & sanctitatis opinione, pluresque ante ipsum scholia in Dionysium scripsisse testatur Pearsonius in Vindiciis Epistolar. Ignatii C. X. p. 314. Deest in Codice Glossarium Graecum, quod videre est in editione Iunctina, & in aliis etiam Codicibus. Repetitur tamen Epigramma supra memoratum, cuius initium est: Ἀγγελικῆς σοφίης, & argumenta librorum & capitum praemittuntur. Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας. *De Caelesti Hierarchia*. Cap. I. inc. Πᾶσα δόσις ἀγαθή. Cap. XV. & ultimum des. κρυφιότητα σιγῇ τιμήσαντες. Agitur ibi de ternis Angelorum ordinibus, & Gregorio Nazianzeno Oratione XXXVIII. & XLII. auctore, egregie, & subtiliter res pertractatur.

II. p. 16. *b.* Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον Ἐφέσου περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας. *Dionysii Areopagitae Episcopi Athenienses ad Timotheum Episcopum Ephesi de Ecclesiastica Hierarchia*. In hac de omnibus mysteriis ad Ecclesiastica negocia pertinentibus doctrina traditur. Adcedit Epigramma:

Οὐρανοῦ ἀστερόεντος ἔφυ σέλας, ὃς μετὰ πότμον
Ζωοτόκων λογίων προλιπὼν θεοφάντορας ὕμνους,
Ἀνθρώπους ἐδίδαξεν ἰδεῖν Θεὸν αἰὲν ἐόντα.
Caeli rutilantis fuit splendor, qui post mortem
Vitalium sermonum relinquens inclytos hymnos,
Homines dedit videre Deum semper existentem.

Caput I. inc. Ὅτι μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς. Cap. V. & ultimum des. προσανακαλέυσω σπινθῆρας. Animadvertendum est, in hoc Codice post verba Capitis III. καὶ φθοροποιὰς ἡδονάς pag. 22. *b.* asteriscum esse, qui ad sex interserta folia refertur, in quibus, a pag. nimirum 23. ad pag. usque 29. adiuncta sunt scholia ad Symbolicam Theologiam, quae desiderantur in Corderiana editione, & conveniunt cum Cod. XXXII. huius Pl. p. 88. iisque sequens adscribitur titulus: Σχόλια τοῦ περὶ συμβολικῆς θεολογίας. *Scholia super libro de Symbolica Theologia*; immo in librum de Ecclesiastica Hierarchia, quoniam verba illa Οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, quae haec scholia praecedunt, pertinent ad initium Capitis I. operis de Ecclesiastica Hierarchia. Itaque mox adlatis verbis explicandis tam longa contexitur expositio, cuius initium est: Τουτέστιν οὐ παιγνιωδῶς καὶ ἀνευλαβῶς. Finis: ὥσπερ οἱ φρενίτιδι διακατεχόμενοι νόσῳ. Dionysii Symbolica Theologia, quae perspicue ab ipso memoratur Cap. XV. §. 6. & alibi de Caelesti Hierarchia, amplius non exstat. Vid. Fabric. Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 1. Tom. V. p. 7.

III. pag. 38. Τοῦ αὐτοῦ περὶ θείων ὀνομάτων. *Eiusdem de Divinis Nominibus*. Qua ratione nomina Deo tribuantur, deque SS. Trinitate heic edisseritur. Post tabulam Libri, Caput I. inc. Νῦν δὲ ὦ μακάριε μετὰ τὰς θεολογικάς. Cap. XIII. & ultimum des. ἡγουμένου Θεοῦ μεταβήσομαι. Occurrunt scriptoris anonymi brevissima scholia heinc einde adspersa in ora Codicis, quorum primum in Prologo ad Librum de Caelesti Hierarchia ita se habet: Ὅτι καὶ κατὰ τοὺς Ἀποστόλων χρόνους αὐτόνομοι ὦσαν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι.

Alios etiam habemus in hoc Pluteo Codices huius Pseudo-Areopagitae, de quibus suis locis inferius agemus, nimirum sub numeris XIII. XIX. XXVI. & XXXII. Dionysium vero istum non esse Paulli discipulum, Atheniensis Areopagi Senatorem, iuxta Act. 17. 22. 24. sed Apollinaris discipulum, qui sub Areopagitae nomine scripta sua ex Plotini, Porphyrii, Iamblichi, & aliorum Platonicorum operibus contexta ediderit, iam observarunt viri docti. Neque interest, quod

quod Timotheo sint inscripta; uti enim notissimus ille S. Apostoli Paulli discipulus fuit, ita recensetur etiam Timotheus alter inter Apollinaris discipulos, a Damaso, Gennadio, Augustino, Theodoreto Histor. Lib. V. Cap. X. aliisque. Saltem probabilis coniectura videtur, Areopagitae scripta, fuisse potius ab Apollinaristis, vel, ut aliis visum est, ab Eutychianis, quam a Gregorio Magno conficta, quae clariss. Dodwelli suspicio est Lib. de Iure Laicorum Sacerdotali pag. 389. quin ne lecta quidem a Gregorio, licet Homil. XXXIV. in Evangelia, illius dictum memoret, iam Petavius de Angelis p. 107. & Io. Morinus de Sacris Ecclesiae Ordinationibus innuerunt. Graeca vero huius Dionysii scribendi ratio nisi seculi post Christum IV. esse non potest. Vtitur enim, ut exemplum adferam, voce θεολογεῖν pro *divinitatem Christi vindicare*, τελειῶσθαι pro *martyrium subire*; quas quidem voces ante istud tempus neminem scriptorum usurpasse compertum est. Multarum insuper rerum, quae a primis abhorrebant seculis, in iis fit mentio. Vid. Guilielmum Caveum p. 142. & Casimir. Oudinum de Scriptoribus Ecclesiasticis T. I. p. 1354. ad A. Ch. DXX. Ceillierum Histoire generale des aucteurs Sacres & Ecclesiastiques a Paris MDCCXLVIII. in 4. T. XV. p. 362.

Codex Graecus papyrac. Ms. in fol. maior. Sec. XV. constat foliis 68.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΑΝΑΙΡΕΤΙΚΟΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΟΝ ΕΓΡΑΨΕ ΚΥΡΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ Ο ΚΥΔΩΝΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ ΚΥΡΙΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΤΟΥ ΚΑΒΑΣΙΛΑ.

DIALOGVS DESTRVENS ORATIONEM A DEMETRIO CYDONES SCRIPTAM CONTRA BEATVM THESSALONICAE NILVM CABASILAM.

COD. XII. AVctoris quidem, qui hunc Dialogum, quod sciam, nondum editum scripsit, abrasum est nomen; sed Demetrius fuit Chrysoloras, non obscuri nominis seculi XV. philosophus, cuius & alia Opuscula memorantur a Fabricio Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 43. T. X. p. 394. Hic igitur disputat cum Demetrio Cydoniensi Praesule, de Angelis, de processione Spiritus Sancti, deque aliis intricatissimis Theologiae quaestionibus. Quantumvis enim Dialogus inscribatur Θώμας, Νεῖλος, Κυδώνης, Χρυσόλορας, hoc non eo pertinet, quod Thomas Aquinas, & Nilus Cabasilas simul disserant, sed quia in disputando illius partes Demetrius, huius, Chrysoloras tuetur. Quum vero & ipse Demetrius Cydoniensis calamum aliquando pro Thoma Aquinate in Nilum Cabasilam strinxisset, hinc disputationis initio, proditionis insimulatur, & petulans veluti puer refellitur, nec sine dedecore tamquam victus dimittitur. At in ipso conflictu, & victoriae cupiditate, haud inmemor est illius politae dicacitatis, quae validissimos interdum ictus retundit, & infirmis argumentis non exiguum robur, nec minimam apud alios fidem conciliat. Hoc etiam artificio consequutus est illud, ut mirifice inplicitam disputationis subtilitatem leniverit. Et haec speciminis loco sufficiant; nam ipsius heic aliquam partem proferre, cum alia non sinunt, tum illud inprimis, quod omnia ita sunt inter se apta, & connexa, ut si pauca quaedam heinc einde exscribantur, vix quemquam eorum, qui legerint, adlicere, Chrysolorae vero laudi fortassis & officere possint. Dialogus inc. Χρυσόλορας. Μέγας μὲν τῶν ὁμοφύλων καθ' ἡμῶν πόλεμος ἢ πολὺ τῶν ἀλλογένων ἰσχυρότερος. Des. ἄλλος ἄλλῳ χρώμενος εἴποι λόγῳ μᾶλλον ἢ τοῦτο. Non exstat neque memoratur hic Dialogus inter Opuscula aurea theologica de processione Spiritus Sancti, a Petro Arcudio Corcyraeo conlecta, & edita Romae A. MDCXXX. in 4. Excerpta tamen nonnulla G. & L. exhibet Leo Allatius in Libro adversus Hottingerum Romae typis propagandae fidei A. MDCLXI. 8. p. 49. 331. 473. Vid. Casim. Oudinum de Scriptorib. Ecclesiast. T. III. ad A. MCCCCXX.

Codex Graec. chartac. Ms. Sec. XV. in fol. constat fol. 74.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ.

DIONYSIVS DE CAELESTI HIERARCHIA.

Dionysii Pseudo-Areopagitae de Caelesti Hierarchia, de Ecclesiastica Hierarchia, & de Divinis Nominibus, cum expositione S. Maximi, & scholiis Ioannis Philosophi Itali.

I. pag. 1. PRaecedit Librum de Caelesti Hierarchia S. Maximi Prologus, cuius hoc est initium: Τὴν μὲν εὐγένειαν, τό τε περιφανὲς ἐν πλούτῳ. Des. ὡς τέως εἰς τὰς ἐμὰς ἐλθεῖν συμβέβηκε χεῖρας. COD. XIII.

II. pag. 4. *b*. Sequuntur scholia, quae vulgo S. Maximo, aut diligentissimo cuidam viro tribuuntur a Balthasare Corderio in editione G. L. Operum S. Dionysii Paris. A. MDCXLIV. T. II. p. 5. Inc. Ἰστέον ὥς τινες τῶν ἔξω φιλοσόφων. Des. καὶ δι' αὐτῶν ὡς ἐφικτὸν Θεῷ. Exinde Tabula exhibet Libri capita, quae sunt numero XV. mos enim fuit antiquis scriptoribus, atque interpretibus, suis libris indicem capitum praefigere, ut uno intuitu, quae tractarentur posset lector agnoscere.

III. p. 7. *b*. Occurrit circulus, Graeco more exornatus, in quo duo leguntur Epigrammata. I. inc. Ἀγγελικῆς σοφίης. II. Οὐρανίων θιάσων; atque haec in recensione Cod. XI. huius Plutei superius protulimus.

IV. pag. 8. Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος πρεσβύτερος περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας.

Κε-

Κεφάλαιον α'. *Sympresbytero Timotheo Dionysius Presbyter de Caelesti Hierarchia Cap. I.* Post argumentum Ὅτι πᾶσα θεία ἔλλαμψις, κατὰ ἀγαθότητα ποικίλως εἰς τὰ προνοούμενα προϊοῦσα, μένει ἁπλῆ, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑνοποιεῖ τὰ ἐλλαμπόμενα: *Divinam omnem inlustrationem, secundum bonitatem diversimode ad ea quae providentia reguntur emanantem, manere simplicem: neque hoc solum, verum etiam vivificare ea quae inlustrantur.* Caput I. inc. Πᾶσα δόσις ἀγαθή. Cap. XV. des. κρυφιότητα σιγῇ τιμήσαντες. Pag. 9. post illa verba Capitis I. καὶ οἰκείως διεσκευασμένην, incipit Commentarius, & quidem ita: Ἑρμηνεία εἰς τὸ πατροπαραδότους ἐλλάμψεις. Πατέρας ἐνταῦθα δηλοῖ, τοὺς παραδεδωκότας αὐτῷ τὸ δόγμα, οὐ μὴν τοὺς φυσικοὺς, ἐξ Ἑλλήνων γὰρ ἦν, ὡς δηλοῦσιν αἵ τε πράξεις τῶν ἀποστόλων, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς τὸν ἅγιον Πολύκαρπον ἐπιστολῇ. Νόας δὲ καλοῦσι, καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι. Τὰς νοητὰς ἤτοι ἀγγελικὰς δυνάμεις. Ἐπειδὴ τὸ πᾶν νοῦς ἐστιν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν νοῦν ζῶντα εἰς τὸ εἶδος τὸ ἑαυτοῦ οὐσιωμένον ἔχει· νόες δὲ καλοῦνται, πρὸς τὸ εὐφωνότερον τῆς κλήσεως γενομένης. Ἐπεὶ ἐχρῆν ἀπὸ τοῦ ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ, τὸ πληθυντικὸν οἱ νοῖ εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὴν εὐφωνίαν ὡς ἐξ ἄλλης εὐθείας ἑνικῆς γέγονεν οἱ νόες. Ἔθος γὰρ τοῦτο Ἀττικοῖς οἵ φασι Ἀριστοφάναι καὶ Σωκράται, ἀντὶ τοῦ Ἀριστοφάνεις καὶ Σωκράτεις, εἰσὶ δὲ καὶ οἱ λέγοντες, καὶ οἱ νόοι, ὡς ἀπὸ τοῦ ὁ νόος, τοῦ νόου· καλεῖ δὲ αὐτοὺς ἡ γραφὴ τῷ ὀνόματι τούτῳ, ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ. Νοῦς μέγας ὁ ἄρχων Βαβυλῶνος τοῦτ' ἔστιν ὁ διάβολος. Κατὰ Ἴωνας τοίνυν, νοῦς, νοός, νοΐ, οἱ νόες, ὡς χροῦς, χροός, χροΐ, οἱ χρόες, ἰακὴ γὰρ ἡ κλῆσις, ὑπεράρχιος δὲ ὁ Θεός, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ θεαρχὲς φῶς, ὡς ἀρχὴ τῶν λεγομένων Θεῶν τοῦτ' ἔστιν ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ δικαίων.

Extrema Commentarii verba sunt ista: ἀπολαύσας τῶν τοῦ Θεοῦ θεουργῶν ἐπιφοιτήσεων, τοῦτ' ἔστιν τῶν Θεὸς ἐργαζομένων καὶ ἀποτελουσῶν. Conveniunt cum scholiis S. Maximi editis a Corderio Tom. II. operum Areopag. a pag. 2. ad 54. Plurimas tamen variantes lectiones, & additamenta etiam, quae desiderantur in citata editione, heic observavimus; unde dignus profecto est hic Codex, ut operum S. Dionysii, & scholiorum S. Maximi editio Corderiana cum eo diligenter conferatur. In margine, initio huius libri tantum adscripta sunt scholia Ἰωάννου φιλοσόφου τοῦ Ἰταλοῦ, *Ioannis Philosophi Itali.* Inc. Διαφέρει δόσις καὶ δώρημα, καθάπερ κίνησις καὶ κίνημα, ἡ γὰρ δόσις, ὁλική, κ. λ. quae tamen ab imperito bibliopego in compingendo Codice fuerunt recisa, & in Corderiana editione omittuntur. De Io. Italo vid. Nesselium in Catalog. Biblioth. Vindobon. Tom. VI. p. 77.

V. p. 97. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας. *Eiusdem de Ecclesiastica Hierarchia.* Praemittitur Epigramma, quod etiam in edit. Iunctina adest: Εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον, εἰς τὸ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας.

Σύμβολα θεσπεσίων ἱερῶν ἑνοειδέϊ μύθῳ
Εἰς ἑνικὴν ἀνέλυσας ἑοῦ φάεος μίαν αἴγλην.
In beati Dionysii Librum de Ecclesiastica Hierarchia.
Signa oraculorum sacrorum concordi sermone,
In singularem resolvisti unius luminis unam lucem.

Post indicem Capitum, quae sunt VII. aliud legitur Epigramma incipiens: Οὐρανοῦ ἀστερόεντος, de quo vide recensionem Cod. XI. superius adlatam p. 31. Miror tamen, omnia haec Epigrammata fuisse praetermissa a Balthasare Corderio in memorata editione. Lambecius Commentar. de Biblioth. Caes. Lib. III. Cod. IL. in recensione Codicis huius Pseudo-areopagitae, in quo nonnulla eiusmodi Epigrammata occurrunt, ipsorum auctorem fuisse S. Maximum arbitratur, de qua quidem re fides sit penes auctorem. Cap. I. inscribitur: Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος πρεσβύτερος. Inc. Ὅτι μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία παίδων ἱερῶν ἱερώτατε, κ. λ. Cap. VII. & ultimum des. τοῦ θείου πυρὸς προσανασκαλεύσω σπινθῆρας. Quod ad Commentarios in hunc librum pertinet, ii incipiunt post illa Capitis primi verba: καὶ τοῦτο μεταδέδωκα τοῦ ἐνθέου δώρου, p. 105. & quidem ita: Ἑρμηνεία. Σή (nempe Σημείωσαι) κατὰ Νεστοριανῶν, ὅτι ὁ Ἰησοῦς νοῦς θεαρχικώτατος λέγεται· καὶ ὅτι ἐπὶ Θεοῦ λέγεται νοῦς. Νῦν δὲ καὶ περὶ ἀγγέλων κατωτέρω φησὶν, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῆς τοῦ μυστηρίου τελετῆς, κατὰ δύναμιν δὲ λέγει τῶν νοερῶν αὐτῶν οὐσιῶν, καὶ νοητῶν· οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὁ Ἰησοῦς, ἀπειροδύναμος γὰρ ἅτε καὶ Θεός. Τούτου δὲ συμπτύσσει τὴν ἑρμηνείαν, καὶ πῶς τὰς πολλὰς ἑτερότητας εἰς ἓν ἄγει, ἄνω εὑρήσεις, κ. λ. Ipsorum vero postrema p. 202. sunt ista: τὸν ὅλον ἄνθρωπον καλεῖ, τὸν ἐκ τῆς νοερᾶς ψυχῆς ὡς δηλοῖ τὸ ἐν καθαρᾷ θεωρίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ καὶ σώματι, καὶ ὅτι ὁλικὴν φησὶ σωτηρίαν τὴν ψυχῆς καὶ σώματος γινομένην, διὰ τοῦτο δὲ ταῦτα δεῖ σημειώσασθαι, ἵνα ὅτ' ἂν εἴποι ἐν τοῖς ἑτέροις λόγοις, ὁλικῶς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον Ἰησοῦν καθ' ἡμᾶς, νοήσῃς ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος τὴν ἐνανθρώπησιν εἶναι. Discrepant ab editis a Corderio loc. cit. a pag. 55. ad 96.

VI. pag. 203. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ θείων ὀνομάτων. *Eiusdem de Divinis Nominibus ad Timotheum.* Praemittitur Index Capitum, quae sunt XIII. & Epigramma, ut in editione Iunctina, Εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον εἰς τὸ περὶ θείων ὀνομάτων.

Εἰς νόον αἰγλήεντα θεόγραφα χείλεα βάψας
Κάλλεα ποικίλλεις ἱερώνυμα, καὶ μετὰ πότμον
Ζωοσόφοις λογίοις κελαδῶν θεοφάντορας ὕμνους.
In mentem fulgidam de Deo scribentia labia inmergens
Species varie commentaris sacrorum nominum, & post mortem
Vitae doctis sermonibus resonans inclytos hymnos.

Primum Caput inscribitur: Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος πρεσβύτερος. Inc. Νῦν δὲ ὦ μακάριε μετὰ τὰς θεολογικάς. Caput XIII. & ultimum des. ἡγουμένου Θεοῦ μεταβήσομαι. Scholia & in hunc librum sunt uberrima.

Inc. p. 215. *b.* Ε'ρμηνεία. Ο'τι σύνταγμα ἐποίησε περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων. Πᾶσα ἀνθρωπίνη σοφία ἐκ τῶν αἰσθητῶν τὰς πειθανότητας τῶν ἀποδείξεων ἐρανίζεται. Η' γὰρ μεγάλη τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκη τῆς γεωμετρίας τὰς ἀφορμὰς παραλαμβάνει. Ε'πὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ἀσωμάτων, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν· πῶς ἄν τις λογικῶς ἐπιςήσειεν ἀνερμηνεύτως, εἰ μὴ μόλις τῷ ἀκροτάτῳ ἄνθει τοῦ νοῦ τὴν περὶ Θεοῦ ἀγνωσίαν, ὅτι ποτέ ἐςι διὰ τῆς εἰλικρινοῦς εὐσεβείας ἀλαλήτως συννοεῖν δυνάμενος κ. λ. Concordant cum editis a pag. 95. usque ad defectum Codicis. At quum desinat antiqua scriptura p. 309. *b.* in medio circiter Capite IV. recens incipit a verbis textus Dionysii: Α'γε δὴ καὶ ταύτας πάλιν εἰς ἓν συναγαγόντες εἴπωμεν, ὅτι μία τίς ἐςιν ἁπλῆ δύναμις. κ. λ. Ε'ρμηνεία vero inc. Τὰς γοῦν ἄνωθεν ῥηθείσας ἐρωτικὰς δύο δυνάμεις, ἄγε εἰς ἓν συναγαγόντες εἴπωμεν, ὅτι μία ἐςιν ἡ ἁπλῆ δύναμις, ἡ ἐξ ἑαυτῆς κινητική, καὶ δι' ἑαυτῆς, καὶ οὐ δι' ἄλλης τινὸς δυνάμεως. Des. pag. 399. εἰ δὲ βούλῃ τὴν διαφορὰν εἰδέναι τῆς θεολογικῆς ὑποτυπώσεως, καὶ τῆς συμβολικῆς θεολογίας, ἀνάγνωθι τὸ τρίτον κεφάλαιον τοῦ περὶ μυςικῆς θεολογίας λόγου, περὶ οὗ καὶ ἡμεῖς Θεοῦ διδόντος, κατὰ καιρὸν, λέξομεν. Hinc eadem manus Seculo circiter XV. haec adnotavit: Λείπῃ τί ταύτης τῆς ἑρμηνείας, καὶ οὐχ εὑρήκαμεν τοῦτον τὸν ἑρμηνέα· ἐκεῖνος γὰρ ὃς τὸ λοιπὸν τούτου τοῦ βιβλίου ἑρμηνεύει, ἕτερος ἑρμηνεύς ἐςιν. *Desideratur aliquid huius interpretationis, & non invenimus qui sit interpres: ille enim qui reliquum huius libri interpretatus est, alter est interpres.* Ex quanam vero interpretatione defectum Codicis suppleverit scriptor, me prorsus latet. Dionysii cuiusdam Alexandrini Commentaria in Areopagitam, laudari comperimus ab Io. Cyparissiota in libro de Theologia Symbolica, itemque a Francisco Turriano in defensione Canonum Apostolorum adversus Magdeburgenses Centuriatores Lutetiae A. MDLXXIII. Lib. III. p. 236. t. qui etiam in Bibl. nobilis cuiusdam Veneti exstitisse manuscripta testatur. Haec tamen non Episcopi illius sunt, qui sub Gallieno Imperatore claruit, sed longe iunioris Dionysii, Alexandrini Rhetoris, ut notatum Edm. Albertino de Eucharistia, Daventriae typis Io. Columbii A. MDCLV. fol. p. 261. neque diversa a παραθέσεσι in Dionysium, quas alii tribuunt Io. Scythopolitano, quasque Maximi Monachi scholiis permistas Usserius in Dissertatione de Dionysio, quam H. Warthonus edidit ad calcem libri de Scripturis sacrisque vernaculis p. 299. observavit. Has Latine verterat Anastasius Bibliothecarius, sed illa versio intercidit. Vid. Fabric. Lib. V. c. 1. T. V. p. 5. Habemus etiam ex Catalogo Bibliothecae Venetae pag. 81. Codicem CXLIII. operum Areopagitae cum S. Maximi, & Germani Patriarchae Constantinopolitani scholiis, e quorum omnium conlatione, si essent prae manibus erui fortasse posset, cuinam haec nostra in Dionysium interpretationis pars adscribenda esset.

Cod. Graec. membranac. Ms. in 4. maiori Sec. XI. constat fol. 399. cuius specimen damus Tab. I. N. VIII.

ΨΑΛΜΟΙ.

PSALMI.

I. pag. 1. INitio Codicis Lucas Holstenius propria manu titulum adposuit his verbis: *Commentarius in Psalterium, incipit autem a LXX. Psalmo, ita ut prior pars desideretur*. Continet itaque Codex Catenam quorumdam Patrum in Psalmos, quorum nomina in margine per compendia minio exarata exhibentur. Ii vero sunt Athanasius, Origenes, Theodoretus, Cyrillus, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Basilius, Dionysius, Chrysostomus, Eusebius, Didymus, Phylo, Hesychius. His etiam adcedunt Clementis, Nili, & Hippolyti expositiones, eo pluris faciendae, quo sunt rariores. Pleraeque differunt ab editis, & aliae non inseruntur in Corderiana Catena in Psalmos, edita Antuerpiae in officina Plantiniana A. MDCXLVI. COD. XIV.

Incipit ipsa Catena Expositionum tantum non a Psalmo LXX. ut in fronte Codicis notavit Holstenius, qui numerum Psalmo praefixum male supputavit, sed a LXXVII. qui in Hebraico contextu est LXXVIII. Praemissum autem est argumentum Athanasii, quod quum absit a Corderiana editione, & multum differat ab edito inter Opera Athanasii Paris. edit. A. MDCIIC. Tom. II. pag. 1140. totum heic adscribendum putavimus.

Ψαλμὸς οζ' συνέσεως τῷ Α'σάφ.

Ε'νταῦθα τὰ τῆς Ε'ξόδου, τὰ τῶν Α'ριθμῶν, καὶ τὰ τοῦ Δευτερονομίου ψάλλει, τὸν δὲ ψαλμὸν ᾄδει τῷ νέῳ λαῷ, παραινῶν τῷ νόμῳ προσέχειν τῷ εὐαγγελικῷ· τοῦ δὲ παλαιοῦ τῶν Γ'υδαίων δήμου κατηγορῶν, ὡς ἀγνώμονος, καὶ ἀχαριςίᾳ τὰς εὐεργεσίας ἀμειψαμένου, παρορμῶν δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τὴν σύνεσιν τῶν ἐπιφερομένων, συνέσεως τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο.

Sequitur alterum Origenis, quod item abest ab edit. Paris. A. MDCCXXXIII. Tom. II. p. 770. Ω'ριγένους. Ταύτης γὰρ δεόμεθα εἰς θήραν τῆς προκειμένης διανοίας, ὥςε γνῶναι τίς ὁ λέγων, καὶ τίς ὁ λαὸς αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ νόμος ἕτερος ὢν παρὰ τὸν Μωσέως. Δαβὶδ γὰρ οὐκ ἦν νομοθέτης, ἵνα λέγῃ προσέχετε τῷ νόμῳ μου, οὐ δὲ ἥρμοττεν αὐτῷ λέγειν τὰ ῥήματα τοῦ ςόματός μου, οὐ γὰρ οἰκεῖα, τὰ δὲ τοῦ πνεύματος προέφερε ῥήματα. Ο' μὲν οὖν λέγων, ὁ σωτήρ ἐςι, νόμος δὲ αὐτοῦ, τὸ εὐαγγέλιον, καὶ λαὸς, οἱ χριςιανοί. Τάχα δὲ εἰ μὴ Ματθαῖος εἶπεν ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἐςιν ὁ ψαλμὸς, οὐκ ἂν ἐτολμήσα διὰ τὸ, ὅσα ἠκούσαμεν, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπὶ τὸν σωτῆρα ἀναγαγεῖν τὰ γεγραμμένα, νῦν δὲ σώζω, καὶ ὅτι ὁ σωτὴρ ὁ λέγων ἐςι, καὶ ὅτι οὐ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ λέγει ὁ σωτήρ. Ταῦτα μὲν εἰς τὸ καθάραι τὸ λέγον πρόσωπον, κατὰ λέξιν δὲ ἀκούσωμεν.

Se-

Sequuntur deinde prima Psalmi verba: Προσέχετε λαός μȣ τῷ νόμῳ μȣ; & mox subdita scholia Origenis, quae absunt a Corderiana Catena, & ab editione Operum G. L. Paris. l. c. Initium est: Νόμȣ ἄντος τȣ̃ κατὰ Μωσέα ἐύχεται τὸ ἐν τῷ προφήτῃ πνεῦμα ἐν τῷ ἐννάτῳ ψαλμῷ, ὅπως ἀναϛήσῃ τοῖς ἔθνεσι νομοθέτην ϗ διαθήσεται διαθήκην καινήν· κατὰ Ἱερεμίαν ϗ ἀλλαχόσε λέγει. Δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἑτέραν τȣ̃ φοβεῖσθαί με, ϗ ὁδὸν ἑτέραν. Ἦλθεν ȣ̃ν ὁ σωτὴρ ϗ λέγει χριϛιανοῖς, τῷ λαῷ αὐτοῦ τῷ ἐξ ἐθνῶν, προσέχετε τῷ ἐμῷ νόμῳ τῷ εὐαγγελικῷ, περὶ ȣ̃ εἴρηται, ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, ἀλλὰ μὴ τῷ τȣ̃ Μωσέως, μηκέτι σαββατίζητε, μὴ πάλιν ἄζυμα ποιήσητε, μηκέτι κατὰ τὰ πρῶτα ϗ παλαιὰ πορέυεσθε. Ἰδȣ̀ γέγονε τὰ πάντα καινὰ, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ὅτι δὲ λαὸς Χριϛȣ̃ τὰ ἔθνη. Ζαχαρίας φησὶ· καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ϗ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. His statim succedunt alia Theodoreti, quae pariter non sunt in Corderiana Catena, & in editione Operum G. L. Parisiensi A. MDCXLII. T. I. p. 703. Incipiunt: Ἴσως δὲ ϗ ὁ Δαβὶδ διὰ τὸ δεῖξαι τοὺς ἀφιϛαμένȣς Θεȣ̃, τῶν κακῶν αἰτίȣς ἑαυτοῖς γινομένȣς διηγεῖται τὴν ἐν ἐρήμῳ δυσπιϛίαν ϗ ἀντιλογίαν τȣ̃ Ἰσραήλ. Ἐπιτομώτερον δὲ ϗ τὰ θαύματα λέγει, ϗ ȣ̓́τε πάντα, οὔτε ἐν τάξει, ἀλλὰ ἀπαρατηρήτως, ϗ ὅσα καὶ ὅπως ἐπὶ νȣ̃ν ἦλθεν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἱϛορεῖν αὐτῷ προὔκειτο, ἀλλὰ ϛηλιτεῦσαι τὴν ἀχαριϛίαν τῶν Ἰȣδαίων ϗ ἄρχεταί γε βασιλικῶς εὐθὺς, λαὸν ἑαυτȣ̃ λέγων, τȣ̀ς ὑπὸ τεταγμένȣς αὐτῷ ϗ κελεύων προσέχειν τῷ οἰκείῳ νόμῳ, ἢ ταῖς οἰκείαις ὑποδείξεσι κατὰ Σύμμαχον· οἷον γάρ τινα νόμον φησὶ, τὴν προκειμένην προσφέρει παραίνεσιν. Ἐπεὶ ϗ νόμος ἦν ἀρχαῖος τὰς τȣ̃ Θεȣ̃ μὴ κρύπτειν εὐεργεσίας, ἀλλὰ διηγεῖσθαι τȣ̀ς καθ' ἕκαϛον τοῖς μετ' αὐτȣ̀ς, ὥϛε διαβαίνειν εἰς γενεὰς, τῶν ὑπαρξάντων ἀγαθῶν τὰς μνήμας. Haec ad huius Catenae specimen aliquod proferendum satis fortasse essent. Sed quum ex interpretibus, a nobis paullo ante nominatis sint qui nondum lucem viderint, operae pretium erit, heic nonnullorum ex istis expositiones describere.

Primus igitur Clemens, forte Alexandrinus, ad illa eiusdem Psalmi verba Ἔτι τῆς βρώσεως ȣ̓́σης ἐν τῷ ϛόματι αὐτῶν, haec habet p. 11. Φευκτέον τοίνυν ὀψοφαγίαν, λαιμαργίαν, γαϛριμαργίαν τȣτέϛι τὴν παρὰ χρῆσιν ὄψȣ ἀμετρίαν, τὴν περὶ τὸν λαιμὸν μανίαν, τὴν περὶ τὴν τροφὴν ἀκολασίαν, ϗ περὶ γαϛέρα μανίαν, ἵνα μὴ τὸν νȣ̃ν ἐγκατωρύξωμεν τῇ κοιλίᾳ. Alter est Nilus, qui in eumdem locum haec adfert pag. 14. Μὴ δὲ ὀργὴ ἐφ' ἡμᾶς ἀναβαίη, τὸ πνεῦμα τȣ̃ ἐξȣσιάζοντος τὸ ἀπατηλὸν, τὸ δίκην προδρόμȣ ἢ κατασκόπȣ, ἐκ τȣ̃ σκότȣς, ἐν ᾧ ἐκρύπτετο εἰς τὴν ψυχὴν ἀνιὸν διὰ τῆς ἐνθυμήσεως.

Iterum pag. 58. *b*. redit alia Nili interpretatio in illum Psalmi LXXX. versiculum: Πλάτυνον τὸ ϛόμα σȣ καὶ πληρώσω αὐτὸ, quae sequens est: Ὅταν γὰρ μικρὰ καθάπερ χελιδὼν τὸ ϛόμα τῆς διανοίας ἀνοίξωμεν ἐν αἰσθήσει τῆς οἰκείας ἀσθενείας γενόμενοι, ȣ̓ βραδύνει τȣ̃ κυρίȣ ἡ χάρις τȣ̃ ἐπιφοιτῆσαι ἡμῖν, ϗ δὴ πληρȣμένη τροφὴν ἐπιδίδωσι καθάπερ νεοσσῷ τινὶ κεχηνότι. Μεταδίδωσι δὲ θείας χαρᾶς, ϗ ἀποκαλύψεως μεγάλων μυϛηρίων. Καὶ ὥσπερ ȣ̓χ ὁ ἥλιος μερίζει μὲν τȣ́τῳ τῷ οἴκῳ τὸ φῶς μεῖζον, τȣ́τῳ δὲ ἔλαττον, ἀλλὰ πρὸς τὰς θυρίδας χώραν ἡ ἀκτὶς λαμβάνει ϗ ȣ̔́τως ἐκχέεται, ȣ̔́τως ἐπεὶ θυρίδες ἡμῶν τῆς ψυχῆς οἱ λογισμοί εἰσιν, ὅταν πλατυτέρȣς αὐτȣ̀ς ἀνοίξῃς, πλείω χωρήσεις τὴν χάριν, ὅταν δὲ ϛενώσεις τὴν διανοίαν ϛενοῖς τὴν χάριν.

Sequitur alius eiusdem psalmi versiculus: Καὶ ȣ̓κ ἤκȣσεν ὁ λαὸς μȣ τῆς φωνῆς μȣ, καὶ Ἰσραὴλ ȣ̓ προσέσχε μοι, & in hunc eiusdem Nili interpretatio: Ἐγὼ μὲν φησὶν ὁ τῶν τοσȣ́των αὐτοῖς χορηγὸς ἀγαθῶν, τȣ̃τ' ἔλεγον αὐτοῖς, τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, ἐμὲ δὲ μόνον εἰδέναι Θεὸν, ϗ ȣ̔́τω διεμαρτυράμην, ϗ τοιαῦτα ὑπεσχόμην, τὰ δ' ἐξ αὐτῶν εἰς ἐμὲ, ȣ̓χ ὅμοια. Οὐ δὲ ἄξια ὧν ἔτυχον παρ' ἐμȣ̃, οὔτε γὰρ ἀκȣ̃σαι, ȣ̓́τε προσχεῖν τοῖς ὑπ' ἐμȣ̃ λεγομένοις ἐθέλησαν· τὸ δὲ ἀκȣ̃σαι ἐνταῦθα, ȣ̓ τὸ αἰσθηθῆναι φωνῆς σημαίνει, ȣ̓δὲ τὸ συνιέναι ὡς τὸ, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκȣέτω, ἀλλὰ τὸ πεισθῆναι τῷ λέγοντι, κατὰ τὸ, ȣ̓κ ἤκȣον φωνῆς παιδεύοντός με. Ὅ ἐϛιν οὐ συγκατετιθέμην ταῖς ἐκείνȣ παραινέσεσι. Λαὸν δὲ αὐτȣ̃ καλεῖ τȣ̀ς Ἰȣδαίȣς, ἤτοι εἰς εὔνοιαν αὐτȣ̀ς διεγείρων, ἢ βαρύνων καὶ ἐπιτείνων τὸ ἔγκλημα.

Psalmus: Καὶ ἐξαπέϛειλα αὐτȣ̀ς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, πορεύσονται ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. Interpretatio: Ἐπειδή φησι ταῦτα μὲν ὑπεσχόμην ἐγὼ, ϗ παραίνεσιν εἰσέφερον ἑτέρῳ μὴ δȣλεῦσαι Θεῷ ξένῳ ϗ προσφάτῳ, ὃς ȣ̓δέ ἐϛι Θεὸς, αὐτοὶ δὲ τὰ ὦτα ἐκώφωσαν, τȣ́τȣ χάριν ἀπεβαλόμην αὐτȣ̀ς ἀξίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν τιμωρίαν ἀποδιδȣ̀ς. Ἀπειθεῖς γὰρ αὐτȣ̀ς θεασάμενος, τῆς μὲν ἐμαυτȣ̃ κηδεμονίας, ἐγύμνωσα· εἴασα δὲ αὐτȣ̀ς τοῖς οἰκείοις φέρεσθαι λογισμοῖς, ὡς ἀνερμάτιϛον ϗ ἀκυβέρνητον σκάφος, παραδȣ̀ς αὐτȣ̀ς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν τῶν καρδιῶν αὐτῶν. Ἐπιτηδεύματα γὰρ ἐνταῦθα, τὰ θελήματα εἴρηται. Εἴωθε δὲ ἡ γραφὴ τὴν συγχώρησιν ἀντὶ πράξεως λέγειν, ὥσπερ ȣ̃ν κἀνταῦθα τὸ ἐξαπέϛειλα εἴρηται, ἀντὶ τȣ̃, ἀφῆκα αὐτȣ̀ς κατὰ τὴν οἰκείαν γνώμην ἅπαντα πράττειν, ȣ̓ γὰρ ἐνήργησα, ἀλλὰ συνεχώρησα, τȣ̃το δὲ καταλλάττοντός ἐϛι τὸν Θεὸν τῆς τῶν ἁμαρτημάτων αἰτίας. Ἐγὼ μὲν γάρ φησιν ἀνεπιϛρόφων μενόντων κατωλιγώρησα αὐτῶν, αὐτοὶ δὲ ἣν ἐθέλοιεν ὁδὸν πορεύονται τῇ οἰκείᾳ ὁρμῇ ϛρατηγȣ́μενοι.

Psalmus: Εἰ ὁ λαός μȣ ἤκȣσέ μȣ Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μȣ̃ εἰ ἐπορεύθη, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς αὐτῶν ἐταπείνωσα, ϗ ἐπὶ τȣ̀ς θλίβοντας αὐτȣ̀ς, ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρα μȣ. Interpretatio: Εἰ τῶν ἐμῶν φησιν ἠνέσχοντο παραινέσεων, ϗ ταῖς ἐμαῖς ἐπείσθησαν ἐντολαῖς, ῥαδίως ἂν αὐτῶν κατέλυσα τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς· τὸ γὰρ ἐν τῷ μηδενὶ, τὴν εὐκολίαν δηλοῖ, ϗ τὸ ἄνευ καμάτȣ, ἢ ὅτι δι' εὐτελῶν ἂν αὐτοὺς ἠμυνάμην ὡς τὸν Φαραὼ, διὰ ζωϋφίων, εἰς ἔνδειξιν τῆς θείας δυνάμεως.

Psalmus: Οἱ ἐχθροὶ κυρίȣ ἐψεύσαντο αὐτῷ, ϗ ἔϛαι ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Interpretatio: Ἐγὼ μὲν φησι ταῦτα ἂν ἔπραξα κατὰ τῶν

ἐχθρῶν τοῦ λαοῦ μου, εἰ ἐπείσθησάν μοι, νῦν δὲ ἀνήκοοι γενόμενοι, ϗ ψευσάμενοι τὰς γεγενημένας συνθήκας. Εἶπον γὰρ πάντα ὅσα εἶπε κύριος ὁ Θεὸς, ποιήσομεν ϗ ἀκουσόμεθα, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ κατέστησαν· ταῦτα τοι ϗ τῆς ἀσεβείας ἐπιτιμίας τὸν αἰώνιον δέξονται ὄλεθρον. Ἔσται γὰρ ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστιν αἱ συμφοραὶ, καιρὸν γὰρ τὰς συμφορὰς, καὶ Σύροι, ϗ Ἑβραῖοι πολλοὶ δὲ ϗ παρ' ἡμῖν ἀποκαλοῦσιν, ὡς εἰσαφέστερον ἔλεγεν ἀνθ' ὧν ἐψεύσαντο τῷ κυρίῳ, οὐ δέ ποτε συμφορῶν ἀπαλλαγήσονται. Ἢ καιρὸν νόει μοι, τὸν τῆς καταδίκης αὐτῶν, οὗτος δέ ἐστιν ὁ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Τί δὲ δηλοῖ τὸ ἐψεύσαντο, ὥσπερ ὅταν ἀγρὸς εὐφορῆσαι προσδοκηθεὶς, ἄκαρπος εὑρεθῇ, λέγομεν ὁ ἀγρὸς ἐψεύσατο, οὐ γὰρ ἐκδέδωκε τοσοῦτον καρπὸν, ὅσον προσεδοκήσαμεν· ϗ πάλιν φαμὲν, ἐψεύσατο τὸ ἔργον αὐτῆς ἡ ἐλαία, οὕτω νοήσεις καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰσραήλ· προσδοκηθέντες γὰρ ὅτι πάντῃ τέ ϗ πάντως τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἀποδώσουσι τὸν καρπὸν, ἐκ τῶν ἐναντίων γεγόνασι πονηροί.

Psalmus: Καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ. Interpr. Πυρὸς μὲν ὁ σῖτος λέγεται. Στέαρ δὲ αὐτοῦ τὸ λεπτότερον ϗ λιπαρώτερον ἄλευρον, εἴτουν ἡ σεμίδαλις, αἰνίττεται δὲ διὰ τούτου τὸ μάννα, ὃ τοὺς Ἑβραίους ἐψώμισεν ὡς ἐκ στέατος πυροῦ, ἢ ϗ τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ καρποὺς, κατὰ τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ Μωϋσέως, ϗ ἐψώμισεν αὐτοὺς γενήματα ἀγρῶν.

Tertius est Hippolytus Episcopus Romae, cuius enarrationis in Psalmos fragmentum profert clariss. Fabricius in editione novissima G. L. oper. Hippolyti Hamburgi MDCCXVI. fol. qui etiam p. 81. reliqua eiusdem Patris fragmenta Commentariorum in Psalmos se daturum promiserat; at quum spe ineditorum, quae maxime expetiverat ex Caesareis, Gallicis, Anglicis, & Italicis Bibliothecis destitutus fuisset, quod alta mente conceperat, exsequi minime potuit. Nos igitur, ut hac in parte eruditis hominibus morem geramus, antiquissimi scriptoris fragmenta ex hac optima Catena excerpta in publicum proferamus. Itaque ad illa ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνομυῖαν Psalmi LXXVII. haec habet pag. 22. Ὥσπερ δὲ διὰ τῆς ἀτακτοτέρας διαίτης φθοροποιός τις χυμὸς ϗ χολώδης ἐν τοῖς σπλάγχνοις συνίσταται, ὃν ὁ ἰατρὸς διὰ τῆς τέχνης εἰς ἔμετον ἐφελκόμενος, οὐκ ἂν ἐν αἰτίᾳ γένοιτο τοῦ αὐτοῦ ἐμποιῆσαι τῷ σώματι τὸν νοσώδη χυμὸν, ἀλλ' ἐποίησε μὲν τῆς τροφῆς ἀταξία. Εἰς δὲ τὸ ἐμφανὲς ἤγαγεν ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη. Οὕτως κἂν περὶ Θεοῦ γίνεσθαι λέγηται τοῖς μοχθηροῖς τὴν προαίρεσιν, ἡ ἀλγεινὴ ἀνθαπόδοσις εὔλογον ἂν εἴη ἐξ ἡμῶν αὐτῶν νοεῖν τὰς ἀρχὰς ϗ τὰς αἰτίας τὰ τοιαῦτα λαμβάνειν πάθη. Τῷ γὰρ ἀναμαρτήτως βεβιωκότι οὐ σκότος ἐστὶν, οὐ σκώληξ, οὐ γέεννα, οὐ πῦρ, οὐκ ἄλλο τι τῶν φοβερῶν ὀνομάτων τε ϗ πραγμάτων ὡς οὐδὲ τοῖς Ἑβραίοις αἱ Αἰγύπτιαι πληγαὶ, οἱ λεπτοὶ σκνίπες ἐκεῖνοι, οἱ τοῖς ἀφανέσιν ἀλγύνοντες δήγμασιν, ἡ ὀδυνηρῶς διὰ τοῦ δήγματος ἐμφυομένη τῷ σώματι κυνομυῖα. Οἱ ἄνωθεν πρηστῆρες τοῖς τῆς χαλάζης λίθοις συγκαταπίπτοντες, ἡ ὑπὸ τῶν ἀκρίδων καταφθειρομένη γεωπονία, ὁ μελαινόμενος ἀὴρ, τὰ ἄλλα. Πρόκειται δὲ τῷ Θεῷ γεωργεῖν μὲν τὴν ἀληθινὴν ἄμπελον, ἀποκτεῖναι δὲ τὴν Αἰγυπτίαν, φειδομένῳ τῶν μελλόντων ἐσθίειν σταφυλὴν χολῆς, ϗ πίνειν θυμὸν ἀσπίδων ἀνίατον. Ἀναιρεῖται δὲ ϗ συκάμινος Αἰγυπτία, οὐ μὴν ἐκείνη ἐφ' ἣν ἀναβαίνει Ζακχαῖος, ἵνα δυνηθῇ ἰδεῖν μου τὸν κύριον. Καὶ διαφθείρονται καρποὶ Αἰγύπτιοι, ἔργα σαρκὸς, οὐ μὲν ὁ τοῦ πνεύματος καρπὸς, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη.

Deinde alius Psalmi versiculus: Καὶ παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτῶν· καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν τῷ πυρί. In quem idem Hippolytus suam interpretationem prosequitur his verbis: Ὁ δὲ Σύμμαχος τοῦ ἐκδόντος λοιμῷ τὰ κτήνη αὐτῶν, ϗ τὰ κτήματα αὐτῶν οἰωνοῖς. Ἀθρόαν γὰρ δεξάμενα τελευτὴν, θοίνη τῶν σαρκοβόρων ὀρνίθων ἐγένοντο. Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἰδίᾳ μὲν ἡ χάλαζα τὰ κτήνη ἀνῄρει, ἰδίᾳ δὲ τὸ πῦρ, τὴν ἄλλην ὕπαρξιν, ἀλλ' ὅτι χάλαζα μετὰ πυρὸς παραδόξως καταφερομένη, πρὸ πάντων μὲν τὴν ἄμπελον ἀπενέκρου ϗ τὰς συκαμίνους, ὡς μὴ δυναμένας ὅλως ἀντισχεῖν τῇ πρώτῃ προσβολῇ. Εἶτα τὰ κτήνη ὅσα ἐν τοῖς πεδίοις ἐνέμοντο, ἔπειτα δὲ πᾶσαν βοτάνην ϗ πᾶν φυτὸν, τὸ ἐν τῇ χαλάζῃ πῦρ ἐπεβόσκετο, ϗ ἦν τὸ πρᾶγμα τεράστιον, πυρὸς ἐν ὕδατι τρέχοντος ϗ διαπλεκομένου. Διέτρεχε γὰρ φησὶ, τὸ πῦρ ἐν τῇ χαλάζῃ, ἦν δὲ ἡ χάλαζα ϗ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ. Ὕπαρξιν δὲ εἴτ' οὖν πλοῦτον καλεῖ ὁ Δαβὶδ, τὰ κτήνη ϗ τὸν καρπὸν τῶν φυτῶν. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι εἰ καὶ πᾶσαν βοτάνην καὶ πᾶν ξύλον ἡ χάλαζα διαφθεῖραι ἱστόρηται, ἀλλ' οὖν ὑπελείπετό τινα ἃ μετὰ τὴν πυρίπλοκον χάλαζαν· ἐπελθοῦσα κατέφαγεν ἡ ἀκρὶς, περὶ ἧς εἴρηται, ὅτι κατέδεται πᾶσαν βοτάνην, ϗ πάντα τὸν καρπὸν τῶν ξύλων, ὃν ὑπελείπετο ἡ χάλαζα· κατὰ δὲ θεωρίαν, ἔστι τινὰ κτήνη Χριστοῦ, ϗ ἔστι τινὰ Αἰγυπτίων, δύναταί μέν τοι τὰ ποτὲ ἀλλότρια γενέσθαι αὐτοῦ κτήματα, ὡς τὰ Λαβὰν τοῦ Ἰακὼβ, ϗ ἀνάπαλιν, τῶν γοῦν προβάτων ὅσα Ἰακὼβ ἀπεδοκίμασεν, ἐχαρίσατο τῷ Ἡσαῦ. Ὅρα γοῦν μήποτε ἐκ τῆς ποίμνης εὑρισκόμενος Ἰησοῦ ὅταν πέμπηται δῶρα τῷ Ἡσαῦ ἐκλεγῇς ϗ ὡς ἀδόκιμος ϗ ἀνάξιος τοῦ πνευματικοῦ Ἰακὼβ, ἐκπεμφθῇς πρὸς τὸν Ἡσαῦ. Κτήνη Χριστοῦ οἱ ἁπλούστεροι, οὓς σώζει ὁ Θεὸς κατὰ τὸ, ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώζεις κύριε, κτήνη Αἰγυπτίων, οἱ ἀλογίᾳ τῇ ἀθέῳ διδασκαλίᾳ συγκατατιθέμενοι, ἃ ϗ χαλαζοῦνται, ϗ Αἰγύπτιοι μὲν ὅσα ἔχουσι τῷ πυρὶ παραδίδονται. Ἀβραὰμ δὲ τὰ ὑπάρχοντα τῷ Ἰσαὰκ ἔδωκεν.

Sequitur alius eiusdem Psalmi versiculus: Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν ϗ ὀργὴν ϗ θλίψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν.

Inde eiusdem Hippolyti interpretatio: Θυμὸν ϗ ὀργὴν ϗ θλίψιν, τὰς πικρὰς τιμωρίας ἐκάλεσεν. Ὁ γὰρ Θεὸς ἀπαθὴς, καὶ θυμὸν μὲν νοήσεις τὰς ἧττον κολαζούσας, ὀργὴν δὲ τὰς μᾶλλον, θλίψιν δὲ, τὰς ἔτι, ἀγγέλους δὲ πονηροὺς, τοὺς τῆς ὀργῆς ὑπουργοὺς, οὔτε φύσει τοῦτο ὄντας, οὔτε προαιρέσει, ἀλλὰ διὰ τὸ εἰς τοίαυτα διακονῆσαι, ϗ πόνους ϗ ὀδύνας ἐνεργῆσαι, πονηροὺς ὀνομασθέντας, ὡς πρὸς τὴν τῶν πασχόντων διάθεσιν, καθὸ ϗ ἡμέρα πονηρὰ ἡ τῆς κρίσεως λέγεται,

ται, ὡς ἀναγκῶν κ̕ πόνων τοῖς ἁμαρτωλοῖς γέμουσα. Τοιοῦτον κ̕ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ. Ἐγὼ κύριος ποιῶν εἰρήνην κ̕ κτίζων κακὰ ἵνα εἴτῃ κ̕ εἰρηνεύειν ἐδὼν, κ̕ πολεμεῖσθαι συγχωρῶν.

Desinit Catena in Psalmo CXII. qui in Hebraico contextu est CXIII. & inscribitur: Ἀλληλούϊα ριβ΄. Huic praeit argumentum Eusebii, quod incipit p. 427. Ἐν τούτῳ διδάσκεται ὁ λαὸς ὁ νέος. Des. κατὰ τὸ αἰνεῖτε δοῦλοι κύριον.

Primus Psalmi versiculus: Αἰνεῖτε παῖδες κύριον κ. λ. in quem interpretatio Chrysostomi ita incipit: Πολὺς ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν αἴνων τούτων ὁ λόγος. Οὐ γὰρ τὸ τυχὸν πρᾶγμα ἐςίν. Concordat cum editione Operum Chrysostomi G. L. Parisiensi A. MDCCXXIV. T. V. p. 287.

Vltimus tandem eiusdem psalmi versiculus: Ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην, habet interpretationem Theodoreti, cuius hoc est initium p. 432. & deest in editione G. L. operum Theodoreti Parisiis MDCXLII. T. I. p. 861. Ἐνταῦθα μεῖζον ὑμνεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεταβάλλοντος οὐ πράγματα μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ κ̕ φύσεις, ὡς κ̕ στεῖραν ποιῆσαι μητέρα. κ. λ. Finis vero: ἢ τὰ ἀθάνατα τέκνα κυοφοροῦσα διὰ τοῦ πνεύματος. Στεῖρα διὰ τὴν σωφροσύνην ὑπὸ τοῦ προφήτου ὠνομασμένη. In fine manu, ut videtur, non satis antiqua legitur: μνήσητι κύριε τοῦ δούλου ἀναξίου Ἰωάννου. *Memento Domine servi tui indigni Ioannis*. Scriptor in calce crucem rubeis lineis efformavit, litteris circumadscriptis H APA XAPA. De more apud veteres scriptores lineis, vel litteris crucem in Codicibus repraesentandi, multa profert egregia Cl. Iac. Gretserus Tom. I. de S. Cruce Lib. II. Cap XVI. & XIX.

Non opus est ut plura addamus. Sequitur enim haec interpretatio rationem ceterarum, quae ex Patribus Ecclesiae congestae sunt, Catenarum. Auctores autem a nobis nominati facile commendant praestantiam huius tam insignis Conlectionis. Dolendum tamen est, multis in locis SS. Patrum nomina, e quorum operibus tam insignem habemus Catenam, a nimium properante scriptore fuisse praetermissa. Ceterum & aliae in Psalmos Catenae Mss. memorantur in Catalogis Bibliothecae Regis Gallorum Parisiis MDCCXL. T. II. p. 26. seqq. Regii Taurinensis Athenaei Cod. LXXXIX. p. 173. & Cod. CCXX. p. 311. Coislinianae Part. I. p. 57. seqq. Venetae Cardinalis Bessarionis, Ambrosianae Mediolanensis Car. N. n. 451. Vid. T. II. Operum G. L. S. Athanasii editionis Paris. A. MDCXCVIII. p. 1006. at in iis desunt nonnulli Patres, quorum nomina habentur in nostra. Praeterea alia adeo ab editis ut plurimum differunt, ut sit minime dubitandum, quin expositio Patrum Graecorum in Psalmos Corderii, ope huius Codicis Fabricio, & aliis omnino ignoti, & alterius, de quo inferius nobis erit agendum Plut. VI. Cod. III. quibus caruit, uberrimo spicilegio possit augeri.

Cod. Graec. membr. Ms. in 4. maiori Sec. XII. constat fol. 433. cuius specimen damus Tab. I. N. IX.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ.

CYRILLVS IN GENESIM.

Cyrilli Alexandriae Archiepiscopi Glaphyra, seu scita Commentaria in loca selecta Pentateuchi.

I. p. 1. IN Genesim liber I. Inc. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς τοῖς Ἰουδαίων δήμοις. Post pag. 8. occurrunt folia XVII. recentiori manu suppleta. Libri II. III. IV. V. VI. & VII. adamussim conveniunt cum editione G. L. Parisiensi A. MDCXXXVIII. unde singulorum principium, & finem addere praetermittimus. Liber igitur VII. & ultimus des. εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν. Εὐηγγελίζετο γὰρ ἔθνεσί τε ϗ Ἰουδαίοις, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριςὸν, δι᾽ οὗ κ̕ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ κ̕ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. COD. XV.

II. p. 203. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἔξοδον. *Eiusdem in Exodum*, Libri tres. Lib. I inc. Ἄρτι κ̕ μόλις τὸ ἐπὶ τῇ γενέσει βιβλίον. Des. Lib. III. δεδαπανήκαμεν γὰρ εἰς τοῦτο τόν τε ἔνατον κ̕ δέκατον λόγον. Et additur: Τέλος τοῦ μακαρίου Κυρίλλου εἰς τὴν Ἔξοδον. Conveniunt hi quoque cum editione Parisiensi, nisi quod in Codice deest Libri II. Caput ultimum, quod in citata editione occurrit Tom. I. p. 296. & inscribitur: Περὶ τῶν διὰ Μωσέως γεγονότων τριῶν σημείων. *De tribus a Moyse patratis signis*.

III. p. 306. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ Λευιτικὸν βίβλος. *Eiusdem in Leviticum liber*. Inc. Ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν. Des. ὁ νόμος τοῦ Χριςοῦ μυςήριον, δι᾽ οὗ κ̕ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ κ̕ πατρὶ ἡ δόξα, κ̕ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν κ̕ ἀεὶ, κ̕ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. In editione Paris. l. c. p. 343.

IV. pag. 341. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς Ἀριθμούς. *Eiusdem in Numeros*. Inc. Ἀτηνῆ ϗ ἄγροικον ἐπὶ Χριςῷ τὴν γλῶσσαν. Des. τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ λαλεῖται μυςήριον, κ̕ αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ, κ̕ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ, ὅτι κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριςὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, ἀμήν. Ibidem pag. 377.

V. pag. 377. b. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Δευτερονόμιον βίβλος. *Eiusdem in Deuteronomium liber*. Inc. Πολυμερῶς, κ̕ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας. Des. κ̕ εἰς πᾶσαν εἴδησιν ἀρετῆς παιδαγώγηκεν ὁ Χριςὸς, δι᾽ οὗ κ̕ μεθ᾽ οὗ τῷ Θεῷ ϗ πατρὶ ἡ δόξα &c. In fine legitur pag. 400. Τέλος τῶν παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκδοθέντων εἰς τὴν Γένεσιν, κ̕ Ἔξοδον, ἕως τοῦ Δευτερονομίου. Deinde in aversa eiusdem paginae parte haec alia succedunt, manu tamen recentiori: Εἰσὶν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ εἰς τὴν Γένεσιν ἑπτὰ λόγοι· ἕκαστος αὐτῶν περιέχων πραγματείαν περὶ πολλῶν ὑποθέσεων. Ἔπειτα περὶ Ἐξόδου, κ̕ αὐτὸς εἰς λόγους τρεῖς

τρεῖς θαυμασίως κ̀ ὡς ἔνι ἐξηγούμενος· εἶτα Λευιτικὸν· καὶ μετὰ τούτους Α'ριθμοὶ· κ̀ εἰς τὸ τέλος Δευτερονόμιον. Α'`περ γοῦν λέγομεν ἡμεῖς λόγους, λέγονται παρὰ τῶν διδασκάλων βιβλία. Ταῦτα πάντα ἔλαβον τὴν λύσιν κ̀ σαφήνειαν παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Α'λεξανδρείας. Ε'`στι δὲ ἡ παροῦσα βίβλος Γαλακτιῶνος Τάχα Γερομονάχου. *Sunt in hoc libro Sermones septem in Genesim. Vnusquisque eorum continet tractationem multarum quaestionum. Deinde de Exodo, & ipse in tres sermones mirabiliter, & quantum fieri potest expositus: tum Leviticus, & post hos Numeri: demum Deuteronomium. Qui igitur a nobis Sermones vocantur, a magistris libri dicuntur. Hi omnes solutionem, & inlustrationem a S. Patre nostro Cyrillo Archiepiscopo Alexandriae adceperunt. Praesens hic liber est Galactionis Tacha Hieromonachi.*

Cod. Graec. membran. Ms. opt. in 4. Sec. XII. constat fol. 399.

ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΟΥ ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΠΑΛΑΜΑΝ ΑΙΡΕΤΙΚΟΝ.

CHRISTODVLI SERMO CONTRA PALAMAM HAERETICVM.

COD. XVI. Continet primo loco Christoduli Monachi, hoc est Ioannis Cantacuzeni librum contra Palamam, in quinque Sectiones divisum. Auctoris quidem nomen, & Libri inscriptio non adiecta sunt: docta tamen manus ita in fronte adnotavit, quemadmodum nos posuimus.

I. p. 1. Primae Sectioni, quae IX. capita continet, titulus est sequens: Τίς ἡ τοῦ λόγου κατασκευή. *Quaenam sit orationis dispositio*. Incipit: Η' μὲν ἀρχὴ τοῦ λόγου, πολλήν τινα ἐπαγγελίαν προτίθεται κ. λ. Des. τά τ' ἄνω κάτω, τά τε κάτω τιθεῖσιν ἄνω.

II. p. 43. *b*. Περὶ τοῦ μίαν εἶναι κ̀ μόνην φύσιν ἄκτιστον ἐπὶ Θεοῦ. *De eo, quod una & sola natura non creata, sit in Deo*. Huic orationi, quemadmodum & reliquis sequentibus, praemissus est index argumentorum, quibus ea constat VIII. capitum. Incipit: Δοκεῖ μοι μηκέτι πλειόνων ἡμᾶς δεῖσθαι κ. λ. Des. ταύτην μόνην ἄκτιστον ὑπερουσίως εἶναι θείαν φύσιν.

III. p. 71. Ο'`τι διαφέρουσι κατ' ἀντίφασιν αἱ δύο φύσεις τοῦ Θεοῦ, ἡ κοινὴ δηλαδὴ οὐσία, καὶ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἀνευρεθεῖσα οὐσία. *Quod comparative differant duae naturae Dei, scilicet communis essentia, & essentia secundum hypostasin considerata*. X. habet capita, quorum hoc est initium: Οὕτω μὲν οὖν ἀνευρηκὼς τὴν ὁμωνυμίαν τῶν θείων φύσεων κ. λ. Finis: σύμπαν ἀπελαύνεται νόσημα βλασφημίας.

IV. p. 100. Περὶ τοῦ ταὐτὸν εἶναι κ̀ ἓν, κ̀ ἀδιαίρετον, τὴν ἔμφυτον κ̀ ὑπέρθεον δύναμιν, κ̀ ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ. *De eo, quod idem & unum, & minime differens sit, ingenita & divina potestas, & efficacia Dei cum eius essentia*. Haec oratio quoque in X. capita distributa, incipit: Ε'πεὶ δὲ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος καλῶς ᾤετο τὴν διασκευὴν αὐτῷ προκεχωρηκέναι κ. λ. Des. μυρίων ὄντων κ̀ ἄλλων τῶν πρὸς αὐτὰ ταῦτα τεινόντων.

V. denique Sectioni p. 157. haec praefigitur inscriptio: Περὶ τοῦ ὅτι μονὰς ἡμῖν κ̀ τριὰς τὸ λατρευόμενον ἐστὶν ἄνωθεν, οὐκέτι δὲ μετ' αὐτὴν, κ̀ πλῆθος ἀνεξαρίθμητον ἀκτίστων. *De eo, quod monas & trias nobis, superna sit culta, non amplius autem praeter illam, infinita multitudo naturarum non creatarum*. XII. capitibus haec constat, & incipit: Ο' μὲν περὶ τῶν τριῶν σημαινομένων τῆς θείας φύσεως κ. λ. Des. ὑπὲρ ἧς κ̀ ἡμῖν ὁ σύμπας διήνυσται λόγος, ἧγε δόξα κ̀ μόνη εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Litterae in hoc opere subinde sunt a recentiori manu conrectae, & atramento obductae. Observavimus quoque heinc & einde Dionysii, & Io. Damasceni, raro Athanasii, & Basilii testimonia adferri; margini vero unam & alteram notulam variae vel lectionis, vel explicationis esse adspersam. Mentio incidit tantum de hoc Mediceo Codice apud Casimirum Oudinum in Commentario de Scriptoribus Ecclesiasticis T. III. ad Annum Ch. MCCCL. p. 981. qui tamen omnino silet de his, quae sequuntur, & in eodem volumine habentur.

VI. p. 204. Eiusdem Sermo de discrimine divinae naturae & operationis, in tres Sectiones divisus; liceat enim nobis coniectura adductis eum ita inscribere, quum nullus titulus sit additus. Prima Sectio incipit: Α'πὸ τίνος εὐαγγελίου ἢ γραφῆς ἄλλης τοῦτο λαβόντες, ὦ νῦν παρόντες, πιστεύειν εἰς διαφορὰν οὐσίας κ̀ θείας ἐνεργείας παραλήφατε κ. λ. Des. οὐσίας διαφορὰν κ̀ ἐνεργείας ἐπὶ Θεοῦ πρεσβεύσαντας. Secunda pag. 210. *b*. inc. Ε'παύξοντες δ' ὑμεῖς μετὰ τῆς ἐξουσίας. Des. ἄλλο περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ συνεισάγουσα ὑπάρξεως. Tertia p. 218. inc. Α'λλὰ τί τὰ μετὰ ταῦτα. Des. εἰ μήτε κ̀ τὰ ἀσεβέστατα δι' ἑκατέρων ἔσχον, τῆς τε ἀντιστροφῆς κ̀ ὧν οὗτοι πιστεύειν εἵλοντο.

Circa medium Codicem recentiori manu fortasse cuiusdam possessoris fere analphabeti sunt adscripta quaedam in tribus lineis intellectu maxime difficilia. In secunda tamen linea haec fortasse ex nonnullis litterarum ductibus erui possunt: Τίκτη sic.... τῷ Χριστῷ ἡμέρᾳ τετράδῃ sic, νυκτὶ κ̀ τρὶς ὥρας ἡ γυνὴ τὸν πρῶτόν μου παῖδα, ὃν ἐκάλεσε μὲν τῷ ὀνόματι Μαρίον. *Peperit... in Christo die quarta noctu ad tres horas primum meum filium uxor, quem vocavit nomine Marium*. In tertia vero τίκτη ... (erat heic nomen fortasse proprium) τῷ Χριστῷ ἡ γυνὴ τὸν δεύτερόν μου παῖδα, ὃν ἐκάλεσε μὲν Μαντηλῆνα. *Peperit... in Christo uxor secundum meum filium, qui vocatus est Mantelena*. Mos erat apud veteres Codicum possessores, vel scriptores similia memoratu digna in prima, vel in ultima pagina adscribere, cuius rei alia exempla in Codd. nostrae Bibliothecae alias occurrent. Sed omnium luculentissimum illud est, quod legitur in Diario Italico Montefalconii edito Parisiis A. MDCCII. pag. 219.

219. atque exſtat in calce Codicis XII. ſeculi membranacei Bibliothecae Baſilianorum Romae, in quo Nomocanon Doxopatris, iuſſu Imperatoris Comneni editum, continetur; atque eſt huiuſmodi:

Κατὰ τὸν Α'πρίλλιον μῆνα εἰς τὴν ιή. τῆ ἁγίᾳ ϗ μεγάλῃ τρίτῃ, ὥρᾳ θ'. ἰνδικ]. ζ'. ἔτει ,ϛψμβ'. ἐγεννήθη ἡ θυγάτηρ ἐμοῦ σινάτορος τῆς κριτ'', ἡ ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι ὀνομασθεῖσα Α'λφάζαν, βασιλεύοντος ἡμῶν τῦ θεοσέπτυ μεγάλου βασιλέως ϗ αὐτοκράτορος Ρ'ωμαίων, ϗ ἀεὶ Αὐγύστου Φρεδδερίκου, δεκάτῳ τετάρτῳ χρόνῳ τῆς αὐτῦ βασιλείας, βασιλεύοντος δὲ Σικελίας τριακοστῷ ἑβδόμῳ, Ι'ερυσαλὴμ δὲ ἐννάτῳ.

Κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα εἰς τὴν ιή. ἡμέρᾳ τρίτῃ πρὸς ἑσπέραν ἰνδικτ. θ'. ἔτει ,ϛψμδ' ἡ σύζυγος ἐμοῦ σινάτορος τῆς Κριτ'' κυρὰ Γυαζρις ἐγέννησε παιδίον δεύτερον ἄρσεν, ὅπερ ὠνομάσαμεν Μιχαὴλ, ὑπὲρ ȣ μεγάλη χαρὰ παρ' ἡμῖν ἐγεγόνει· οὔπω δὲ βαθείας ἑσπέρας καταλαβούσης, ἡ προῤῥηθεῖσα μοι σύζυγος τὸ πνεῦμα τῷ κυρίῳ παρέδωκε, ϗ ἡμέρᾳ τετάρτῃ τῦ ῥηθέντος μηνὸς εἰς τὴν ιθ' ἐντιμίως ἐτάφη ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκυ τῆς ἀχειροποιήτυ, καταλείψασα τὰ ῥηθέντα δύο παμφίλτατά μοι τέκνα, τὴν Α'λφάζαν ϗ τὸν Μιχαὴλ, οἷς ὁ Θεὸς δῴη προκοπὴν ϗ αὔξησιν, ἐκείνῃ δὲ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ϗ ἀνάπαυσιν ἐν τοῖς τῶν δικαίων χοροῖς. Hoc eſt:

Decima octava menſis Aprilis die, quae erat ſancta & magna feria tertia, hora nona, indictione ſeptima, anno 6742. (*hoc eſt Chriſti* MCCXXXIV.) *nata eſt filia mihi Senatori iudicii, quae in ſacro baptiſmate nuncupata eſt Alphazan; imperante nobis religioſo & magno Imperatore Romanorum & ſemper Auguſto Frederico, quarto decimo anno eius imperii, regnante eodem ipſo in Sicilia anno trigeſimo ſeptimo, in Ieruſalem nono.*

Menſis Septembris decima-octava, feria tertia ad veſperam, indictione nona, anno 6744. (*Chriſti* MCCXXXVI.) *coniux mea, Senatoris iudicii, Domna Guazris ſecundum filium peperit maſculum, quem nominavimus Michaelem. Haec magna nobis laetitiae cauſa; quumque nondum atra veſpera eſſet, memorata uxor mea ſpiritum Deo reddidit, & feria quarta, quae praedicti menſis decima-nona erat, honorabili ſepulturae data eſt in venerabili templo ſanctiſſimae Deiparae,* ἀχειροποιήτυ, *id eſt, nulla manu, ſed divinitus effectae, relictis mihi dilectiſſimis duobus filiis, Alphazan ſcilicet puella, & Michaele, queis Deus profectum & incrementum, ipſi vero uxori remiſſionem peccatorum, & requiem in Sanctorum choris, dederit.*

Qui legi debeat vox Κριτ'' non perſpectum mihi. Eratque haud dubie tribunal, in quo Senator erat qui haec ſcripſit, cuiuſque nomen tacetur. Heic vides Arabica nomina in ſacro baptiſmate inpoſita, cuiuſmodi ſunt *Gouazris* & *Alphazan*, quia non diu Arabes Sicilia pulſi, linguae ſuae nonnullas voces & nomina propria Siculis communicaverant. Hic itaque codex, aut eius apographum, Conſtantinopoli in Siciliam adlatum eſt, & memorati Senatoris fuit.

VIII. p. 228. Agmen claudunt eiuſdem Hymni in Verbum Dei VIII. Primus E'κ τῶν περὶ τῆς ὕλης λόγων. *Ex ſermonibus de materia*. Inc. Εὔλογον μὲν ἂν ἦν, ϗ σφόδρα προσῆκον, εἰ τὸν ἅπαντα διῆγον βίον πρὸς ἅπαντα ἀποβλέπων, ϗ μελέτην ἐξ ἑκάστου τῶν ὁρωμένων ποιούμενος, πρὸς σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν ἀνατρέχειν ἐπειρώμην Θεόν· οὕτω γὰρ ἂν περιφανῶς ἔσχον εἰπεῖν, ὁ δὲ δȣ̃λός συ ἠδολεσχεῖ ἐν τοῖς δικαιώμασί συ. Deſ. συνεξομοιώσασά με τοῖς καθ' αὐτὴν ἀστατοῦσι ϗ ῥέουσιν.

IX. p. 233. Secundus E'κ τῶν περὶ τῆς στερήσεως λόγων. *Ex ſermonibus de privatione*. Inc. Α'λλ' ἡ σὴ δημιυργία κύριε κ. λ. Deſ. καὶ πρὸς τὸ δέ τι γίνεσθαι ὁρίζει.

X. p. 238. Tertius E'κ τῶν περὶ τῦ ἐνύλυ εἴδυς λόγων. *Ex ſermonibus de materiali ſpecie*. Inc. Τί δ' ȣ̃ν λόγε Θεοῦ, κ. λ. Deſ. εἰς ἡμῶν τὸ τότε συντέλειαν.

XI. p. 243. *b*. Quartus E'κ τῶν περὶ τῆς φύσεως λόγων. *Ex ſermonibus de natura*. Inc. Η' δὲ σὴ κοσμοποιὸς δύναμις. κ. λ. Deſ. ἀμετάπτωτος διήγγελται φρυρός.

XII. p. 249. Quintus E'κ τῶν περὶ τῆς κινήσεως λόγων. *Ex ſermonibus de motu*. Inc. Α'ρχὴν δ' εἶναι κινήσεως ϗ ἠρεμίας τὴν φύσιν. Deſ. ἡμεῖς προχειρισάμενοι θεωρῶμεν.

XIII. p. 258. Sextus E'κ τῶν περὶ τῶν φυσικῶν ἕξεων λόγων. *Ex ſermonibus de naturalibus habitibus*. Inc. Τȣ̃τον τὸν τρόπον τῆς κινήσεως. Deſ. τὺς ὑμνȣ̃ς σοι συνεπανιζόμενοι.

XIV. p. 262. Septimus E'κ τῶν περὶ τῦ τόπυ λόγων. *Ex ſermonibus de loco*. Inc. Αὐτόθεν ȣ̃ν μετὰ τὴν τῶν φυσικῶν ἕξεων θεωρίαν. κ. λ. Deſ. λίαν ἐθαυμαστώθης λόγε Θεῦ.

XV. p. 269. Octavus denique E'κ τῶν περὶ τοῦ χρόνυ λόγων. *Ex ſermonibus de tempore*. Inc. Μετὰ τὴν τῦ τόπυ θεωρίαν κ. λ. Deſ. περισσοτέραν δὺς τὴν τιμήν.

Hi quidem Hymni ſubtiles ſunt, docti, & ſolidiſſimis rationibus elaborati. Nihil prorſus de his, neque de aliis, quae in hoc Codice continentur invenimus apud Fabricium in Io. Cantacuzeno Biblioth. Graec. Lib. V. C. 5. T. VI. p. 469. Fuit autem iſte Io. Cantacuzenus Imperator, litteris humanioribus, perinde ac ſacris egregie excultus: prudentia in rebus gerendis, reique militaris peritia, & animi virtute conſpicuus. Ceſſit Imperio, & in Manganorum ſe abdidit Coenobio, Ioaſaphi nomine adſcito. In hoc quidem receſſu diu vitam produxiſſe ferunt, ad diem ſcilicet XX. Novembris Anni MCCCCXI. In recenſione Codicis VIII. Pl. VIII. aliud ſpiſſum Cantacuzeni opus occurret, contra Barlaamum, Acyndinum, & Palaman, quod idem eſſe, ac illud, de quo nunc egimus, perperam in ſchedis ſuis Mss. adnotavit Holſtenius. In Cod. III. Plutei LXXX. adſervatur Paraphraſis Ethnicorum Nicomachicorum Ariſtotelis, in cuius fine Lib. VI. ſcriptum eſt, *librum factum*

ctum fuisse sumtibus piissimi, & Christo amici Imperatoris nostri Ioasaph Monachi Cantacuzeni anno 6872. (Christi MCCCLXIV.) *mensis Martii XXIV. indict. V.* quam subscriptionem memorat Montefalconius in Palaeographia Graeca Lib. I. Cap. 7. p. 71. nosque uti iacet in Codice adferemus suo loco.

Cod. Graec. chartac. Ms. in 4. minor. Sec. XIV. constat fol. 279.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΔΑΒΙΔ.

PSALTERIVM DAVIDICVM.

COD. XVII I. p. 1. Εὐχὴ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. *Oratio in D. nostrum Iesum Christum.* Inc. Εὐχαριστοῦμέν σοι κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν. Des. ὅ σε ὑμνεῖ πᾶσα ἡ κτίσις εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

II. p. 5. *b.* Εὐχὴ εἰς τὴν Παρθένον Θεοτόκον. *Oratio in Virginem Dei Genitricem.* Inc. Παρθένε δέσποινα Θεοτόκε ἡ τὸν Θεὸν λόγον. Des. τὴν παναγίαν Τριάδα πάντοθεν, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

III. p. 10. Εὐχὴ ἑτέρα. *Alia Oratio.* Inc. Κύριε εἴ τι ἥμαρτον. Des. Καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, κ. λ. ut supra.

IV. p. 11. *b.* Occurrit calamo delineata figura Davidis sedentis in sella, regio ornatu, qui librum apertum manu tenet, adscriptis ex utroque latere verbis: ὁ προφήτης Δαβίδ. *Propheta David.*

V. p. 12. Psalterium Davidicum, in quo singulis cathismatibus consuetae preces, hymni, & orationes adponuntur: cui etiam adcedit Psalmus CLI. idiographus.

VI. p. 82. *b.* In calce post titulum Psalmi L. in quo rubricatis litteris legitur, prophetam Nathanum venisse ad Davidem, postquam ingressus fuerat ad Bersabeam Vriae uxorem, calamo item delineata exhibetur tabula, in cuius uno latere est David in genua procumbens, ac demisso pene in terram vultu ante prophetam Nathanum petiturus veniam; in altero vero Angelus ipse adparet, qui gladium e vagina extrahit. Alia similis figura occurrit p. 126. *b.* post Psalmum LXXVI. cum inscriptione: προφήτης Μωϋσῆς, *propheta Moyses*, qui Hebraicis indutus vestibus stat, & in manibus amphoram tenet.

III. p. 241. *b*. Versus incerti in Clementis Paedagogum. Inc. Σοὶ τόν δε κἀγὼ παιδαγωγὲ προσφέρω. Des. Πάτερ παράσχυ, καὶ καλὸν βίυ τέλος. Haec omnia inter opera Clementis Alexandrini Florentiae edita a Victorio, qui hoc eodem Codice usus est, leguntur. Vide quae supra p. 12. a nobis dicta sunt in recensione Cod. III. huius Plutei, quibus adde clarissimi Montefalconii sententiam de eodem Codice Stromatum Clementis, de quo in Bibliotheca Bibliothecarum T. I. pag 234. haec ait: *Clementis Alexandrini Stromata Graece X. seculi. Hic Codex unicus & praestantissimus est, omniumque rarissimus. Olim puto fuisse apud Basilianos Messanenses Monachos; nam in veteri quodam Catalogo illorum, Clementis Stromata Graece habentur, in recentiore autem non comparent*. Omisit tamen Victorius Scholia quaedam charactere ligato, & currenti ab eodem scriptore Codicis in ora libri heinc einde adiecta, quorum primum est pag. 9. *b*. ad Cap. 4. Lib. I. prope finem. Πιςωσάμενος τὸν λόγον ὡς ἀδιάφορον, ἀνὴρ κ̀ γυνὴ πρὸς ἀρετῆς ἐργασίαν, ἄμφω γὰρ ἄνθρωποι ὀνομάζονται· ὧν δὲ κοινὸν ὄνομα, τούτων καὶ ἡ πρᾶξις κοινή· κ̀ ἀπὸ Μενάνδρυ τῦ ποιητῦ τὴν πίςιν αὐτῆς καταδησάμενος, ὡς κ̀ ἐπὶ ἄρρενος, κ̀ θήλεος, κοινῶς Ἀττικοὶ τὸ παιδάριον κατηγορῦνται. πιςῦται τὸν λόγον, κ̀ ἀπ' αὐτῦ τῦ Κυρίυ, πρόβατα, ἢ ἀρνία τὺς ἑαυτῦ πιςὺς ἀποκαλῦντος· ἐν οἷς ἄνδρες τε κ̀ γυναῖκες καταλαμβάνονται. Alterum p. 10. *b*. ad Caput V. Ὅτι τὸ ὡσαννὰ, φῶς ἢ δόξα, κ̀ αἶνος, Ἑλλάδι δύναται φωνῇ. Tertium p. ead. Ὑποκνιεῖ, ἢ ἀντιμαςίζει· μύωψ γὰρ ἡ μάςιξ. Quartum p 11. Οὐχ ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, τὴν γὰρ γενεὰν ταύτην λέγει τίνι ὁμοιώσω, κ̀ ἐπιφέρει τὴν τῶν ἀγοραίων παίδων περιβολήν. Pag. vero 12. *b* ad illa eiusdem Capitis V. verba: Ἔρχεταί σοι δίκαιος, πραῢς καὶ σώζων, κ̀ αὐτὸς πρᾶος, κ̀ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον, κ̀ πῶλον νέον, κ. λ. idem calligraphus, ut ostenderet consensum textus Clementis cum quadam Arethae Archiepiscopi Caesareensis interpretatione, desumta fortasse ex eius insigni in Apocalypsim opere inscripto: Συλλογὴ ἐξηγήσεων ἐκ διαφόρων ἁγίων ἀνδρῶν εἰς τὴν Ἰωάννυ τῦ ἠγαπημένυ κ̀ εὐαγγελιςῦ Ἀποκάλυψιν, sequens ipsius scholion in ora libri descripsit, quod quum longiusculum sit, quippe integras trium paginarum oras, tam superiores, quam inferiores, & externas complectens, initium tantum, ac finem adnotandum duximus. Incipit igitur hoc pacto:

Ἀρέθα ἀρχιεπισκόπου.

Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτῦ, κ̀ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ.

Πῶλον· τὸν νέον λαὸν τῆς κατὰ Χριςὸν πολιτείας καλεῖ· ἄμπελον· τὴν ἀπὸ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας, κ̀ τῆς ἐκεῖθεν φυτοκομίας ἐπὶ μέγα

γα θεογνωσίας, ἐπηρμένην φρατρίαν, κ. λ. Def. ἔςε τὴν σωτήριον τροφὴν καταμηνύοντες, ἐκείνου τύτυ, ὃ βρῶμα, κ̀ πόμα, ἡ τῦ πατρικῦ θελήματος εὐαρεςεῖται τελείωσις. Atque haec de huiusmodi marginalibus scholiis dicta sufficiant: nunc ad alia properemus.

In fine singulorum Librorum, titulus repetitur, utque exemplo utar, in fine Libri I. Paedagogi ita legitur: ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ. *Clementis Paedagogi trium librorum primus*. Postea subiungitur ibid. p. 76. *b.* Libri II. titulus hoc pacto: ΤΑ ΕΝ ΤΩι Β. ΛΟΓΩι ΤΟΥ ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α. ΠΩΣ ΠΕΡΙ ΤΑΣ ΤΡΟΦΑΣ ΑΝΑΣΤΡΕΠΤΕΟΝ. hoc est: *Eorum, quae in secundo Libro Paedagogi continentur Caput primum, quomodo cibis utendum sit*.

Notae calligraphorum in margine adnotantur, videlicet p. 81. & alibi ₽ pro ὡραῖον, *speciosum*, sive *elegans*: pag. 42. *b.* & alibi Cημ. pro σημείωσαι, *observa*: pag. 85. *b.* ☧ pro χρύσεον, *aureum*.

In duobus ultimis foliis, iam memorata carmina exercitationis, & animi caussa unciali charactere descripsit amanuensis. Qui quidem character uncialis hoc circiter tempore desiit. A IX. enim seculo nullum se vidisse Codicem unciali charactere descritum, exceptis libris choralibus, Montefalconius fatetur Palaeogr. Graec. Lib. IV. p. 76. qui similem huic Codicem Bibliothecae Regiae Parisiensis describit, & specimen characteris exhibet aere incisum, ferme eiusdem seculi.

Cod. Graec. membran. Ms. opt. in 4. maiori, Sec. XI. Constat fol. 242.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ.

PSALTERIVM DAVID.

COD. XXV. PSalterium Davidicum, cui adnexa sunt varia Cantica sacra; nempe duo Moysis in Exodo, & Deuteronomio, Canticum Annae matris Samuelis, Habacuc Prophetae, Elaiae Prophetae Ε'κ νυκτὸς κ. λ. Ionae Prophetae, trium puerorum apud Danielem, Beatae Virginis Deiparae, & Zachariae patris S. Ioannis Baptistae. In fine haec adnotata sunt: Τῷ συντελεςῆ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις. Ω῞σπερ ξένοι χαίρυσιν ἰδεῖν πατρίδα. κ̀ οἱ θαλαττεύοντες εὑρεῖν καλὸν λοιμένα. ὕτω καὶ οἱ γράφοντες ἰδεῖν βιβλίυ τέλος Ε'τελειώθη τὸ παρὸν ψαλτήριον διὰ χειρὸς κάμῦ, χωρικῦ μαθητῦ, ἐπονομαζομένυ Γεωργίυ, τῇ δὲ κλήσει Φλαμέγγυ. Καί τοι γῦν ἀναγινώσκωνται, εὔχεσθαί μοι διὰ τὸν κύριον, καὶ διὰ τῆς ἀγνωσίας μυ, ὅτι χωρικὸς, κ̀ ἀπαίδευτος γραμματικῆς εἰμί. *Deo perfectori bonarum rerum gratia. Sicut peregrini videre patriam, & ii qui plurimum in mari versati sunt, tutum invenire portum laetantur, sic & scriptores, libri finem videre. Finitum est praesens Psalterium mea manu, qui rusticus discipulus sum, nomine Georgius, cognomine vero Flamengus vocor. Itaque qui legerint, precentur pro me Dominum, & parcant meae ignorantiae, quod rusticus, & grammatices inperitus sum, memores*. Hanc subscriptionem alia statim excipit, quam fortasse ex antiquiori Codice, unde hoc profluxit exemplar, noster amanuensis descripsit. Ea vero est quae sequitur: Ε'τελειώθη δε τὸ παρὸν ψαλτήριον ἐν ἔτει ,ςξπ', ἐν μηνὶ Ι'υλίῳ εἰς τὰς (sic) ια', ἡμέραν γ', ὥραν ιγ' τῆς ἡμέρας. Δόξα τῷ Θεῷ; τῷ δόντι τὴν ἀρχὴν, κ̀ δόντι κ̀ τὸ τέλος, δόξα σοι ὁ Θεὸς, δόξα νῦν σοι Θεὸς. *Absolutum vero est praesens Psalterium anno Mundi* 6680 [Christi MCLXXII.] *mense Iulio, die XI. feria III. hora XIII. diei. Laus Deo, danti initium, danti etiam finem, laus tibi Deus, laus nunc tibi Deus*.

Codex Graec. chartac. Ms. in 8. Sec. XV. Constat fol. 226.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΠΕΡΙ ΘΕΙΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSIVS DE SACRIS NOMINIBVS.

DIonysii Pseudo-Areopagitae Libri de Divinis Nominibus, de Caelesti, & Ecclesiastica Hierarchia, & Epistolae X. cum scholiis Andreae cuiusdam. COD. XXVI.

I. p. 1. Praemissum est hoc Epigramma:

Ε'γὼ, Διονύσιε, τολμῶ κ̀ λέγειν,
Ω῾ς ὐκ ἐπλάσθης ἐν γυναικὸς κοιλίᾳ,
Α'λλ' ἀγγέλοις μάλιςα συντεταγμένος,
Α῎νωθεν ἦλθες ἐκ πόλυ φύσις ξένη,
Βροτοῖς ἀπαγγέλλυσα πάντα πρὸς μέρος
Τὰ τῶν ἀΰλων ταγμάτων ὅπως ἔχοι.
Οὕτω γινώσκεις τὰς ἀΰλυς ὐσίας,
Οὕτω θεωρεῖς ἐνθέως θεωρίας,
Οὕτω φανεροῖς τὰς φύσεις τῶν ἀγγέλων,
Οὕτω τὸ μεῖζον. ἄγγελος σὺ τὴν φύσιν.
Ego, Dionysi, audeo & haec dicere,
Quod non formatus es in mulieris alvo,
Sed cum Angelis mirum in modum ordinatus,
De sursum venisti e caelo nova natura,
Hominibus adnuntians omnia ordine,
Quae caelestis militiae sunt, ut se habeant.
Sic cognoscis materia expertes substantias,
Sic specularis divinas visiones,
Sic manifestas naturas Angelorum,
Sic quod maius est, esse te Angelum natura.

Ead. pag. sequitur: Πρόλογος εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον. *Prologus in sanctum Dionysium*. Inc. Τὴν μὲν εὐγένειαν, τότε περιφανές. Des. οὖς εἰς τὰς ἐμὰς ἐλθεῖν συμβέβηκε χεῖρας.

Pag. 4. *b.* post Indicem Capitum XIII. quae libro de Divinis Nominibus continentur, legitur Epigramma: Εἰς νόον αἰγλήεντα, κ. λ. de quo vid. superius pag. 33. Pag. 5. Διονυσίου Α'ρεοπαγίτου ἐπισκόπου Α'θηνῶν πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον Ε'φέσου περὶ θείων ὀνομάτων. *Dionysii Areopagitae Episcopi Atheniensis ad Timotheum Ephesi Episcopum de Divinis Nominibus*, cum scholiis. Primi Capitis inscriptio: Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος. Inc. Νῦν δὲ ὦ μακάριε, κ. λ. Post primos tres versus subiiciuntur scholia

An-

Andreae cuiusdam, quae valde spissa sunt, ac singulis propemodum Dionysii textus periodis interserta. Rubeus color, quo sunt ista exarata, adeo multis in locis evanuit, ut vix perlegi possint. Haec tamen eadem ferme sunt, atque scholia S. Maximi typis vulgata; at in expositione primae Epistolae ad Caium eadem manu adscribitur Μαξίμου. Simillimum omnino huic nostro habemus Codicem in Regia Taurinensi Bibliotheca Tom. II. p. 487. Sed eia scholiorum initium proferamus: Α'νδρέυ ἐξήγησις. Σημείωσαι, ὅτι ἑτέρα πρότερον πραγματεία πεπόνηται τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ τούτῳ· οἱονεὶ προεισαγωγή τις κ̀ προθεωρία σοιχειώδης τῶν περὶ Θεοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς σποράδην εἰρημένων· ἤτοι ἐπίμνησις, ἧς τινος κατὰ ἀκολουθίαν, ἡ παροῦσα αὐτῷ ἐπραγματεύθη. Deinde ad illa Dionysii verba: Ε'σω δὲ καὶ νῦν ἡμῖν ὁ τῶν λογίων θεσμὸς, κ. λ. alia haec scholia adponuntur: Η' ἀνθρωπίνη σοφία ἐκ τῶν αἰσθητῶν τὰς πειθανότητας τῶν ἀποδείξεων ἐρανίζεται. Η' γὰρ μεγάλη τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκη, τῆς γεωμετρίας τὰς ἀφορμὰς παραλαμβάνει ἐπὶ δὲ τῶν ἀσωμάτων, κ̀ ὑπὲρ πᾶσαν ὐσίαν, πῶς ἄν τις λογικῶς ἐπισήσειεν μόλις τῷ ἀκροτάτῳ ἄνθει τοῦ νοῦ, τὴν περὶ Θεοῦ ἀγνωσίαν ὁπότε ἐσὶ, διὰ τῆς εἰλικρινοῦς εὐσεβείας ἀλαλήτως συννοεῖν δυνάμενος. Haec fere similia habentur in Cod. XIX. sup. p. 41. Vltimum huius libri Caput desinit: ἐπὶ δὲ τὴν συμβολικὴν θεολογίαν ἡγουμένου Θεοῦ μεταβησόμεθα.

II. p. 131. Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, περὶ τῆς ὐρανίας ἱεραρχίας. *Consacerdoti Timotheo Dionysius Sacerdos de Caelesti Hierarchia*. Praecedit Index Capitum, quae numerantur XV. & Epigramma in magnum Dionysium: Α'γγελικῆς σοφίης κ. λ. de quo pag. 31. cui statim charactere valde conrupto ac mendoso subscriptum est: μηνὶ Α'πριλλίῳ, ἡμέρᾳ ιε'. ἰνδικτιῶνι ιγ'. ἐτέλησα τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ κὺρ σέμματος Ρ'οδωβᾶ ἐγὼ Γεώργιος ὁ Παπαδόπυλος. MCCCCXX. *mense Aprili, die XV. indictione XIII. absolvi praesentem libellum Domini Stammatis Rodobae ego Georgius Papadopulus*. De hoc scriptore meminit Montefalconius in Palaeographia Graeca Lib. I. Cap. 7. p 76. Cap. I. inscribitur: Ο'τι πᾶσα θεία ἔλλαμψις κατὰ ἀγαθότητα ποικίλως κ. λ. Inc. Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ κ̀ πᾶν δώρημα τέλειον. Vltimum desinit: τοῦ θείου πυρὸς ἀνασκαλεύσω σπινθῆρας. Huius libri scholia partim sunt ipsi textui interserta, partim margini adscripta, quorum prima duo ad ipsam Libri inscriptionem pertinentia heic adferimus. Primum est: Τὸ συμπρεσβύτερος ὄνομα, κ̀ τὸν ἐπίσκοπον δηλοῖ, ὡς κ̀ ἐν ταῖς πράξεσι δηλοῦται, ἔνθα ἐν τῇ Α'σίᾳ συντάσσεται ταῖς ἐκκλησίαις ὁ Παῦλος. Alterum: Ε'πεὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἱεραρχίαν ἔχει, καλεῖ ἱεράρχας τοὺς ἐπισκόπους. Haec eadem scholia, sed uberiora, occurrunt etiam in Cod. XXXII. huius Pl. p. 190. quare ex illo videntur desumta.

III. p. 224. *b*. Διονυσίου Α'ρεοπαγίτου ἐπισκόπου Α'θηνῶν, πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον Ε'φέσου, περὶ τῆς ἐκκλησιασικῆς ἱεραρχίας. *Dionysii Areopagitae Episcopi Atheniensis ad Timotheum Episcopum Ephesi de Ecclesiastica Hierarchia*. Sequitur Index Capitum, quae sunt V. & hoc Epigramma in magnum Dionysium,

Καὶ νόον αἰγλήεντα λίπες, κ̀ γνῶσιν ἐόντων,
Νύκτα δι' ἀμβροσίην, τὴν ὀ θέμις ἐξονομῆναι.
Et mentem fulgidam reliquisti, & scientiam exsistentium,
Per noctem inmortalem, quam nefas est nominare.

Cap. I. Περὶ μυστικῆς θεολογίας. *De mystica Theologia*. Inc. Τριὰς ὑπερούσιε, κ̀ ὑπέρθεε, κ̀ ὑπεράγαθε. Vltimum desinit: ἡ ὑπεροχὴ τοῦ πάντων ἁπλῶς ἀπολελυμένου κ̀ ἐπέκεινα τῶν ὅλων. Primum scholium in hunc librum hoc est: Τὰ ἁπλᾶ, κ̀ ἀπόλυτα φησὶ, τὰ δίχα συμβόλων νοούμενα, καὶ ἐποπτευόμενα, ὡς ἔχουσιν, ὀ μὴν παραβολικῶς, τουτέσιν, οὐ κατὰ ἀνάπτυξιν ὀνομάτων, ἢ συμβόλων λεγόμενα· ἀλλὰ τῇ ἐκ πάντων τῶν νοημάτων ἀπολαύσει, κ̀ τῶν νοήσεων ἀποπαύσει συναγόμενα. Η'ν τινα, ἀνενεργησίαν τῆς τοῦ νοεροῦ κινήσεως, ἐν μὲν τοῖς πρὸ τούτου ἀνοησίαν ἐκάλεσεν, ἐνταῦθα δὲ σκοτεινότατον, κ̀ ἀόρατον. Vltimum vero: Τὰ ὄντα ἤγουν τὰ κτίσματα, ὑπὲρ τὴν αὐτῶν φύσιν ἐκταθῆναι ταῖς νοήσεσιν ὀ δύναται· εἰκότως οὖν εἰς ἑαυτὸν βλέποντα, ἀγνοεῖν τὴν θείαν φύσιν καθ' ὃ αὐτή ἐσίν, οὕτως οὖν κ̀ ἡ θεία φύσις εἰς ἑαυτὴν βλέπουσα, οὐκ οἶδεν ἐν αὐτῇ εἶναι τὰ ὄντα, κατὰ τὸν τῆς ὐσίας αὐτῶν λόγον· τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, εἰ ὄντα ἐσίν. Ε'πειδὴ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, κ̀ αὐτὸ τὸ εἶναι κέκτηται ὑπερουσίως· ἑτέρῳ γὰρ οὐκ ἄν τις εἴποι τὸν Θεὸν ἀγνοεῖν τὰ ἑαυτοῦ κτίσματα.

IV. p. 234. Διονυσίου Α'ρεοπαγίτου ἐπισολαὶ διάφοροι. *Dionysii Areopagitae Epistolae diversae*, in quibus nihil memoratu dignum invenies, nisi forte cuipiam historiola de eclipsi passionis Dominicae adrideat, quam Dionysius Heliopoli Aegyptiorum se vidisse tradit in Ep. ad Polycarpum Sequitur Index eorum, ad quos mittuntur. Epistola I inscribitur: Τίτῳ ἱεράρχῃ ἐρωτήσαντι δι' ἐπισολῆς, τίς ὁ τῆς σοφίας οἶκος, τίς ὁ κρατὴρ, καὶ τίνα τὰ βρώματα αὐτῆς, κ̀ τὰ πόματα. Ε'πισολὴ α'. *Ad Titum Episcopum, petentem per epistolam, quae sit sapientiae domus, quis crater, qui cibi, qui potus. Epistola I*. Inc. Ο' μὲν ἱερὸς Τιμόθεος, ὦ καλὲ Τίτε. Des. ταῖς τῶν λογίων ἱεραῖς παραδόσεσι κ̀ ἀληθείαις.

V. p. 244 Ι'ωάννῃ θεολόγῳ, ἀποσόλῳ, κ̀ εὐαγγελισῇ περιορισθέντι κατὰ Πάτμον τὴν νῆσον. Ε'πισολὴ β'. *Ad Ioannem Theologum, Apostolum & Evangelistam relegatum in Patmum insulam. Epistola II*. Inc. Προσαγορεύω σε τὴν ἱερὰν ψυχήν. Des. καὶ τοῖς μετά σε, παραδώσεις.

VI p. 245. *b*. Δημοφίλῳ θεραπευτῇ, περὶ ἰδιοπραγίας, κ̀ χρησότητος. Ε'πισολὴ γ'. *Ad Demophilum Monachum de propria operatione, ac clementia. Epistola III*. Inc. Αἱ τῶν Ε'βραίων ἱσορίαι φασὶν, ὦ γενναῖε Δημόφιλε. Des. πισεύω ἀληθῆ εἶναι.

VII. p. 257. Γαΐῳ θεραπευτῇ. Ε'πισολὴ δ'. *Ad Caium Monachum. Epistola IV*. Inc. Τὸ σκότος, ἀφανὲς γίνεται. Des. ὑπὲρ πάντα τὰ γινωσκόμενα.

VIII. p. 258. Τῷ αὐτῷ Γαΐῳ. Ε'πισολὴ ε'.

Ad eumdem Caium. Epistola V. Inc. Πῶς ὁ πάντων ἐπέκεινα. Des. καὶ τῶν μιμουμένων, καὶ μετεχόντων.

IX. p. 259. Τῷ αὐτῷ Γαΐῳ. Ἐπιστολὴ ϛ'. *Ad eumdem Caium. Epistola VI.* Inc. Ἐξαίφνης ἐστὶ, τὸ παρ' ἐλπίδα. Des. καὶ νοούμενον ἄγνωστον.

X. p. ead. *b.* Τῷ αὐτῷ Γαΐῳ. Ἐπιστολὴ ζ'. *Ad eumdem Caium. Epistola VII.* Inc. Πῶς φὴς Ἰησοῦς ὁ πάντων ἐπέκεινα. Des. ἡμῖν πεπολιτευμένος.

XI. p. 261. *b.* Δωροθέῳ λειτουργῷ. Ἐπιστολὴ η'. *Ad Dorotheum Ministrum. Epistola VIII.* Inc. Ὁ θεῖος γνόφος ἐστί. Des. πάντων αἴτιος ὤν.

XII. p. 262. Σωσιπάτρῳ ἱερεῖ. Ἐπιστολὴ θ'. *Ad Sosipatrum sacerdotem. Epistola IX.* Inc. Μὴ τοῦτο οἴου νίκην. Des. ἀνεξέλεγκτα τὰ λεγόμενα.

XIII. p. ead. *b.* Πολυκάρπῳ ἱερεῖ. Ἐπιστολὴ ι'. *Ad Polycarpum sacerdotem. Epistola X.* Inc. Ἐγὼ μὲν, οὐκ οἶδα. Des. τῆς θρησκείας ἡμῶν ἀλήθειαν. Quae quidem Epistolae, aeque ac superiora omnia, scholiis sunt amplissimis refertae, atque inlustratae.

In fine Codicis haec notata sunt: Ἔγραψεν διὰ χειρὸς Νικολάου τοῦ Μέλητος ἐπὶ ἔτους ϛωνϛ'. ἰνδ. α'. Ἰαννουαρίου κθ'. *Scriptus est manu Nicolai Meletis*, vel *Melitensis*, *anno M.* 6856. [Christi MCCCXLVIII.) *indictione prima, die XXIX. Ianuarii.*

Inquirant alii, quis ille sit Andreas, qui textui Pseudo-Areopagitae suas expositiones inseruit, quas illis S. Maximi simillimas esse deprehendimus, quum nihil neque de auctore, neque de ipsis scholiis apud Fabricium, & alios operum Areopagitae inlustratores obcurrat. Meminit huius Codicis Montefalconius in Palaeographia Graec. Lib. I. pag. 71.

Codex Graecus chartaceus MS. in 4. Sec. XIV. bene scriptus. Constat fol. 267.

ΑΛΥΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΒ

CATENA IN IOB.

COD. XXVII. Codex hic continet egregiam Commentariorum Catenam in Librum Iob, ac primo quidem argumenta, seu hypotheses Anonymi, Olympiodori, Polychronii, & Iuliani Alexandrini, deinde vero Commentarium perpetuum, seu Catenam ex multis Patribus contextam, nimirum Olympiodoro Diacono, Polychronio, Iuliano, Basilio Caesareensi, Ioanne Chrysostomo, Evagrio, Dionysio Areopagita, Gregorio Theologo, Theodoro Mopsvesteno, Didymo, Origene, Clemente, Apollinario, Theophilo Alex. Theodoro Heracleensi, Severo Antiocheno, Cyrillo, Nilo ex Asceticis, Methodio, Aquila, Symmacho, Theodotione, & aliis fortasse, quorum nomina primum tineis conrosa, deinde ab oscitante bibliopego in compingendo Codice recissa, ultimam cladem subierunt, quod & de alia simili Catena in Iob, de qua inferius, contigit. Concordat in multis cum Catena Nicetae in Iob edita a Patric. Iunio Londini A MDCXXXVII. fol. Sed plures adsunt Patres in nostra; & eaedem expositiones non semper iisdem adscribuntur auctoribus.

Liber est acephalus, & ex hisce verbis exordium sumit pag. 1. Ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, quae sunt verba Olympiodori protheoriae, quam sequitur hypothesis in Iob eiusdem Olympiodori, Polychronii, & Iuliani Alexandrini.

Pag. 3. *b.* Ὀλυμπιοδώρου διακόνου προθεωρία κεφαλαίου πρώτου. *Olympiodori Diaconi protheoria Capitis primi.* Inc. Ὄνομα τοῦ δικαίου, καὶ χώραν φησὶν ἡ γραφὴ, πρωτογραφεῖ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, προασφαλιζομένη τὸν ἀκροατὴν, κ. λ. Tum Basilii Caesareensis, Chrysostomi, aliorumque subcedunt perpetuae interpretationes usque ad Codicis calcem, quarum postrema est Olympiodori, quae ita desinit: τοιαῦτα τά τε πρῶτα, καὶ τὰ ὕστερα τῆς κατὰ τὸν Ἰὼβ πραγματείας· καὶ οὕτως ἡμῖν ἡ βίβλος ἀνέπτυκται. Εἰ δ' ἐστὶν οὐ εἰκαστικῶς μᾶλλον ἢ καταληπτικῶς τὴν ἑρμηνείαν ἐποιησάμεθα, οὔτε πρῶτοι, οὔτε μόνοι τοῦτο πεπόνθαμεν, ἀλλὰ σχεδὸν μετὰ πάντων τῶν εἰς τὴν βίβλον ταύτην καταθεμένων ἐξήγησιν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Iob vero ipse non desinit, ut in Hebraeo & Latino Codice, sed haec habet in fine cum commentario eorumdem Patrum, cuius novissima verba retulimus. En igitur Iobi appendix; en quoque adnexa interpretatio.

P. 208. Libri Iob appendix: Γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν.

Interpretatio: Ἤτοι ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ἢ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ. τὸ δὲ, πάλιν, πρόσκειται ἀντὶ τοῦ, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀνάστασιν· ἀναστήσεται δὲ μετὰ Νῶε καὶ Δανιὴλ, οἷς καὶ συναριθμεῖται παρὰ τῷ Ἰεζεκιήλ.

Appendix: Οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου.

Interpretatio: Συριακὴν νῦν, τὴν Ἑβραίαν διάλεκτον καλεῖ, διὰ τὸ γειτνιάζειν ταύτην τῇ τῶν Σύρων, καὶ εἰκοσιδύο στοιχεῖα ἔχειν, καθάπερ οἱ Ἑβραῖοι· καὶ Συρίαν δὲ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ Σύρους οἱ πολλοὶ τοὺς Παλαιστίνους ὀνομάζουσιν, ὡς Ἡρόδοτος λέγει, περιτέμνονται δὲ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ ἐν Παλαιστίνῃ Σύροι.

Appendix: Ἐν μὲν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Ἀραβίας.

Interpretatio; Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἡ Αὐσίτης γῆ, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Ἀραβίας, καὶ ὅτι Ἰδουμαῖος ἦν ὁ δίκαιος. Μέχρι σήμερον ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, καὶ τὸ μνημεῖον τοῦ Ἀνδρείου Ἰὼβ φαίνεται, καὶ ἡ τῆς κοπρίας παλαίστρα, ἐν ᾗ τοὺς λαμπροὺς ἀνεδήσατο στεφάνους, καὶ τὰς δι' ἔτους τιμὰς αὐτῷ ἄγουσι οἱ ἐπιχώριοι, ὡς ἐκεῖθεν ἡμῖν ἀφικόμενοί τινες τῶν ἀδελφῶν ἐξηγήσαντο· τὴν δὲ Αὐσίτιδα χώραν, οἱ μὲν τὴν τοῦ Σιὼν εἶναι ἔφησαν, οἱ δὲ τὴν Ἰδουμαίαν, ἄλλοι δὲ, ἐν μέσῳ τινὰ κειμένην τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Ἀραβίας· ἕτεροι δὲ αὐτὴν τὴν Ἀραβίαν, ἐν ᾗ καὶ τὸ μνῆμα τοῦ δικαίου κεῖται.

Appendix: Προυπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ.

Interpretatio: Τὰς μετονομασίας ἐπὶ τῶν ἁγίων εὑρίσκομεν γινομένας, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Πέτρου, ὥς τε σημεῖον καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Ἰὼβ ἀρετῆς ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεσις.

Ap-

Appendix: Λαβὼν δὲ γυναῖκα Α'ράβισσαν, γεννᾷ υἱὸν, ᾧ ὄνομα Ε'ννών.

Interpretatio: Ε'πειδὴ τῆς παλαιᾶς τοῦ Ι'ὼβ ὀνομασίας ἐμνήσθη, καλῶς καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐμνήσθη τῆς Α'ραβίσσης, ἐξ ἧς γέγονεν αὐτῷ ὁ Ε'ννὼν, εἴτε εἷς τῶν πρώτων παίδων, εἴτε καὶ τῶν δευτέρων. Σεβήρου. Τάχα δὲ οὐκ ἦν εἰκὸς οὐδὲ δίκαιον, ἐκείνην μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν, τὴν ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἄθλων ὀλιγωρήσασαν, καὶ κατενεγκεῖν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης κορυφῆς τῆς καρτερίας πειραθεῖσαν τὸν ἀθλητήν.

Appendix: Η'ν δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρᾶ, τῶν Η'σαῦ υἱῶν υἱὸς, μητρὸς δὲ Βοσόῤῥας, ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Α'βραάμ.

Interpretatio: Κεῖται ἡ γενεαλογία ἐν Παραλειπομέναις· ἀπὸ γὰρ Α'βραὰμ ὁ Ι'σαὰκ, ἐκ δὲ τούτου Η'σαῦ, ἐξ οὗ Ραγουήλ· ἀπὸ δὲ τούτου Ζαρὰ, ὁ τοῦ Ι'ὼβ πατήρ· πέμπτος ὢν ἀπὸ Α'βραὰμ ὁ Ι'ὼβ, μὴ συναριθμουμένου, δηλονότι, τοῦ Α'βραὰμ, ὅθεν καὶ λέγομεν αὐτὸν πρὸ νόμου τυγχάνειν· ὁ γὰρ Μωσῆς ἕκτος ἀπὸ Α'βραὰμ εὑρίσκεται οὕτως, Α'βραὰμ, Ι'σαὰκ, Ι'ακὼβ, Λευῒ, Καὰθ, Α'βραὰμ (sic) Μωσέως πατήρ. Ι'ουλιανοῦ. Ε'στι μέν τοι Ζαρὲθ πόλις τῆς Ι'δουμαίας, καὶ Βοσὸρ τῆς Α'ραβίας, ἡ νῦν καλουμένη Βόστρα· ἐπώνυμοι δὲ αὗται τῶν γειναμένων τὸν θεσπέσιον Ι'ώβ. Χρυσοστόμου. Πλὴν ὅτε ἦν λάμπων οὗτος ὁ δίκαιος, ἔτι ἐν Αἰγύπτῳ ἦσαν Ι'ουδαῖοι, καὶ ἔμελλον ἀνιέναι λοιπὸν· ὡς εἴγε ἐβούλοντο, οὐ μικρὸν εὕρισκον ἐμπύρευμα εὐσεβείας, οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν λαθεῖν. εἰ γὰρ ἔτι, καὶ νῦν δείκνυται τὰ λείψανα, πολλῷ μᾶλλον τότε ἐδείχθη ἂν, νεαρῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μέγεθος τῶν συμβεβηκότων, καὶ οἱ ἐν τῇ Α'ραβίᾳ ἅπαντες ἂν ἔγνωσαν.

Appendix: Καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς, οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ε'δὼμ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χώρας.

Interpretatio: Ο'λυμπιοδώρου. Οὕτω πάλιν ἐν Παραλειπομέναις εὑρήσεις, ὥς τε ὅταν λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἤμην ἐν μέσῳ αὐτῶν ὡς βασιλεὺς ἐν μονοζώνοις, ἢ ὅτι καὶ πρὸ τῆς βασιλείας διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς βασιλεὺς ἐτιμᾶτο· ἢ τὸ ὡς οὐχ ὁμοιωματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὅτι βασιλεὺς ἐτύγχανεν.

Appendix: Πρῶτος Βαλὰκ ὁ τοῦ Βεὼρ, καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Δενναβά.

Interpretatio: Τοῦ αὐτοῦ. Διαδεξάμενος δὴ τὸν Βαλὰκ εἰς τὴν βασιλείαν, οὐκ ἐζήλωσεν αὐτὸν τῆς ἀσεβείας, ἀλλὰ τὸν Α'βραὰμ τῆς πίστεως· καὶ σημείωσαι, ὅτι οὐκ ἔστι οὗτος ὁ ἐκπορνεύσας τὸν Ι'σραὴλ ἐν τῷ Βεελφεγώρ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ τοῦ Σεπφὼρ εἴρηται, ὡς ἐν τοῖς Α'ριθμοῖς εὑρήσεις· οὗτος δὲ ὁ τοῦ Βεὼρ, ὡς καὶ ἐν τῇ Γενέσει κεῖται· καὶ ἐκεῖνος μὲν τῆς Μωὰβ βασιλεὺς, οὗτος δὲ τῆς Ε'δώμ.

Appendix: Μετὰ δὲ Βαλὰκ, Ι'ωβὰβ ὁ καλούμενος Ι'ώβ· μετὰ δὲ τοῦτον, Α'σὸμ ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν, ἐκ τῆς Θαιμανίτιδος χώρας· μετὰ δὲ τοῦτον, Α'δὰδ υἱὸς Βαρὰδ, ὁ ἐκκόψας Μαδιὰμ ἐν τῷ πεδίῳ Μωάβ· καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Γεθαίμ.

Interpretatio: Λέγει τοὺς ἡγεμόνας τῆς χώρας, καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ τὰς πράξεις πρὸς σαφεστέραν τῶν προσώπων παράστασιν· ἡ δὲ Γεθαὶμ, πόλις ἐστὶ Φοινίκων.

Appendix: Οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ε'λιφὰζ τῶν Η'σαῦ υἱῶν, Θαιμανῶν βασιλεύς.

Interpretatio: Ο' δὲ Θεοδοτίων, υἱὸς, ἐξέδωκεν Ι'ωσαφάτ.

Appendix: Βαλδὰδ, ὁ Σαυχαίων τύραννος.

Interpretatio: Πάλιν ὁ Θεοδοτίων, υἱὸς Α'μμὼν τοῦ Χωβόρ.

Appendix: Σωφὰρ, ὁ Μιναίων βασιλεύς.

Interpretatio: Ε'υαγρίου. Τοῦ Ε'λιφὰζ ἦν υἱὸς ὁ Σωφὰρ, καὶ Α'μαλὴκ, ἐκ παλλακίδος αὐτῷ γεννηθείς· ὁ οὖν Ε'λιφὰζ, καὶ ὁ Σωφὰρ γεγόνασι μαθηταὶ τοῦ Ι'ακὼβ, ὁ δὲ Α'μαλὴκ τοῦ Η'σαῦ. Ο'λυμπιοδ. Καλῶς δὲ πάλιν τῶν φίλων ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, μονονουχὶ λέγων, ἐπὶ τῶν περιφανῶν τούτων, καὶ ἀπαραγράπτων προσώπων γέγονε τὰ κατὰ τὸν Ι'ώβ· ἐπὶ γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, φησὶν ἡ θεία γραφή· φαίνεται δὲ ὁ Ε'λιοὺς μὴ συμπαραγενόμενος εἰς τὴν ἐπίσκεψιν Ι'ὼβ μετὰ τῶν τριῶν φίλων, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρατυχόντος παρεῖναι, καὶ εὑρεῖν τὸν μὲν Ι'ὼβ ἐν τῷ πάθει συνεχόμενον τοὺς δὲ τρεῖς φίλους παρακαθημένους αὐτῷ, καὶ διαλεγομένους, καὶ διὰ τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολὴν, συγκαθεσθῆναι αὐτοῖς, ἐπακροωμένους αὐτῶν, καὶ λοιπὸν ἐπαπορησάντων τῶν φίλων αὐτὸν τῆς διαλέξεως ἀντέχεσθαι ὕστερον· οἷα δὴ συμβαίνει διαλέξεως γενομένης, ἵστασθαι τοὺς παριόντας, καὶ ἀκούειν τῶν λεγομένων, καί τινας αὐτῶν λόγους εἰσαγαγόντας ἀντέχεσθαι τῆς διαλέξεως· τάχα δὲ οἱ μὲν φίλοι διὰ συμπάθειαν, ὁ δὲ Ε'λιοὺς διὰ θέαν παραγέγονεν· ὅθεν οὐδὲ ἐμνημόνευσεν ἡ γραφὴ τῆς αὐτοῦ ἀφίξεως. ἑρμηνεύεται ὁ δὲ Ε'λιοὺς, Θεὸς ἀκούων, ἢ, υἱὸς ἐκφαίνων Θεόν· τοιαῦτα, κ. λ. Sequuntur quae superius retulimus, quum finem Commentariorum dedimus. Vid. cit. Nicetae Catenam p. 612. Ex iisdem ferme Patribus concinnata Catena adservabatur olim in Bibliotheca Schorialensi, teste Alexandro Baroetio S. I. in Indice Mss. edito Antuerpiae A. MDCXLVIII. Aliae adsunt in Iobum Mss. Catenae, ut in Bibliotheca Regis Galliae, Coisliniana, Vindobonensi, & Veneta. Vid. Fabricium Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 17. Tom. VII. p. 737. ubi de Catenis in Iob.

Codex Graec. chartaceus Ms. in 4. Seculi XIV. ineuntis, multis in locis situ, & vetustate deletus, & mutilus. Constat foliis 210.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΔΑΔ.

PSALTERIVM DAVID.

Psalterium Graecum, Venetiis in aedibus Aldi Manutii inpressum sine anni nota in 4. Editum tamen fuisse circa annum MCCCCXCV. crediderim: siquidem Aldus, ut ipse testatur in Praefatione Stephani Byzantini, libros Graecos primum inpressit, scilicet Aristotelis Opera, bello in Italia ingruente, nempe anno MCCCCXCIV. Vid. Le Long Biblioth. Sacr. T. I. Cap. 3. p. 198. COD. XXVIII.

I. pag. 1. *b*. Praecedit Graeca Iustini Decadyi Praefatio, quae inc. Α'λλοι μὲν ἄλλα τῶν παρ' ἕλλησι σοφῶν τε καὶ διδασκάλων.

II. p. 3. Incipit Psalterium, & ad Psalmos notantur Καθίσματα in Ecclesia Graeca, dum illi decantantur, usu recepta.

III. p. 70. *b.* Nempe post primam Psalterii partem leguntur maioribus, ac rubris characteribus Στίχοι εἰς τὸν θεῖον Δαβίδ. Inc. Σίγησον Ὀρφεῦ, ῥίψον Ἑρμῆ τὴν λύραν.

IV. p. 136. Sequitur Psalmus idiographus, cui statim subiiciuntur Cantica Sacrae Scripturae, Moysis duplex, alterum ex Exod. XV. alterum ex Deuter. XXXII. Priori praemissus versus Ἄρδην βυθίσας Φαραὼ Μωσῆς λέγει, posteriori Νόμου γραφέντος αὖθις ᾠδὴ Μωσέως. Annae matris Samuelis, quod titulum habet: Θεὸν γεραίρει στεῖρα τίκτουσα ξένως. ex I. Sam. 2. Habacuci, Τὴν τοῦ λόγου κένωσιν Ἀββακοὺμ φράσον, Prophetae Habac. III. Esaiae, Ἡσαΐου πρόῤῥησις, εὐχὴ τὸ πλέον. XXVI. 9. seq. Ionae, Ἐκ θηρὸς ἐκραύγασεν Ἰωνᾶς λέγων, Cap. II. Hoc quidem loco inter Cantica S. Scripturae omisit Aldus Hymnum Ezechiae, Regis Iuda ex Esaiae XXXVIII. Einde occurrunt tria trium puerorum, Αἶνος φλόγα σβέννυσι τῶν τριῶν παίδων, ex Dan. III. Mariae, Αἴνεσις ἁγνῆς μητροπαρθένου κόρης. Denique & Zachariae, patris Ioannis, Προσευχὴ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου, ex Luc. I.

V. p. 149. Extremam paginam hi claudunt versus:

Δαβὶδ μελῳδὲ μυστικῆς ἀποκρύφου,
Σὺ μὲν δι' αὐτῶν, καὶ θανὼν ζῇς τῶν λόγων.
Ἡμῖν δὲ τὴν σὴν ἐμμελῆ δίδως λύραν,
Ἧς ἐστιν εὑρεῖν ἐμμελῆ τὰ πρακτέα.
Καὶ γὰρ δι' αὐτῆς μυστικῶς κινουμένης
Διώκεται μὲν ἐμπαθὴς πᾶσα φθίσις.
Ἐλαύνεται δὲ δυσχερὴς ἅπας πόνος.
Συστέλλεται δὲ συμφορῶν ἀπληστία.
Κοιμίζεται δὲ γνωστικῆς ἅλμης κλύδων.
Στηρίζεται δὲ τῶν παθῶν ἡ στεῤῥότης.
Καὶ τέρπεται μὲν τῆς ψυχῆς ἡ σεμνότης.
Ἐλέγχεται δὲ τοῦ σατὰν ἡ φαυλότης,
Ἐκ τῆς νοητῆς τῶν μελῶν εὐρυθμίας.
Ὦ τίς τοσαύτην εὗρεν ἀνθρώπων χάριν,
Εἰ μὴ σὺ τὴν πρέπουσαν ἀνθρώποις χάριν.

Cod. Graecus chartaceus editus in 4. ἐν Ἐνετίαις ἐν οἰκείᾳ Ἄλδου τοῦ Μανουτίου. Titulos habet Psalmorum, primasque versuum litteras minio passim notatas. Constat fol. 149.

ΤΑ ΠΑΡΑ ΤΙΝΟΣ ΑΙΤΗΘΕΝΤΑ ΥΠΑΤΙΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ ΤΩι ΜΑΚΑΡΙΩι ΘΕΟΔΩΡΙΤΩι.

CAPITA QVAEDAM SACRAE SCRIPTVRAE DE QVIBVS INTERROGAVIT QVIDAM HYPATIVS THEODORETVM.

Titulus ita inmutandus.

Theodoreti, & Athanasii Opera varia.

COD. XXIX. I. pag. 1. Τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρου εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς κατ' ἐκλογήν. *Beati Theodoreti Episcopi Cyrensis in dubia quaedam selecta Scripturae sanctae.* Praecedit Tabula Operis Theodoreti, cui titulus: *Expositiones in Octateuchum ad Hypatium*, & quidem ita: Τὰ παρά τινος αἰτηθέντα Ὑπατίου κεφάλαια τῆς θείας γραφῆς τῷ μακαρίῳ Θεοδωρίτῳ. Γένεσις. Exinde pag. 12. Προοίμιον πρὸς τὸν αἰτήσαντα Ὑπάτιον τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου. Initium est: Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες. Finis: αὕτη γὰρ ἀρχὴ καὶ προοίμιον τῆς θεοπνεύστου γραφῆς. Pag. ead. *b.* Εἰς τὴν Γένεσιν. *In Genesim.* Primum Caput huiusce Operis inscribitur: Τί δήποτε μὴ προτέταχε τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας θεολογίαν ὁ συγγραφεύς. Inc. Μετρεῖν εἴωθε τοῖς παιδευομένοις ἡ θεία γραφὴ τὰ μαθήματα. Vltimum definit: ἀλλὰ τῷ νόμῳ τὴν γαμικὴν διετήρησεν ὁμιλίαν. Finis desideratur: desinit enim Codex in secunda Interrogatione εἰς τὴν Ῥοὺθ, in verbis, quae mox retulimus, quaeque occurrunt in edit. Paris. Operum Theodoreti A. MDCXLII. Tom. I. p. 226 ideoque nostri Codicis amanuensis duo vacua reliquit folia.

Hoc opus scripsit Theodoretus precibus Hypatii, quem φίλτατον, καὶ ἐρασμιώτατον παίδων adpellat. Graece edidit Io. Picus ex mendoso Asulani Codice, in quo primam, & secundam quaestionem ait se ex Oecumenii Catena suppleviсse, Parisiis MDLVIII. 4. Latine eodem Pico interprete prodiit ibidem MDLXIII. quae versio exstat & in Latinis Operum Theodoreti editionibus, & a Sirmondo servata est, qui e Codice Regio longe meliori, plura restituit.

II. p. 138. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀντίοχον ἄρχοντα, περὶ πλείστων, καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων, τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πάντων χριστιανῶν γινώσκεσθαι ὀφειλομένων. *Sancti Athanasii Patriarchae Alexandrini ad Antiochum Principem, de multis, & necessariis quaestionibus in divina Scriptura controversis, quas nemo Christianus ignorare debet.* Prima Quaestio inc. Πιστεύσαντες, καὶ βαπτισθέντες εἰς τριάδα ὁμοούσιον. Desinit in quaestione CXXXVII. circa finem, quae occurrit in editione Paris. A. MDCXCVIII. T. II. p. 304. in verbis καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ· πρόδηλον δὲ ὅτι ἡ ἡ... Deest enim in Codice nostro unum folium. Ex his quaestionibus, XL. Latine vertit, notisque suis instructas edidit Io. Reuclinus Hagenoae MDXIX. & alii deinceps. Consulendi prae reliquis Lambec. Bibliothecae Vindob. Lib. III. p. 97. & Lib. V. p. 229. Caveus, Oudinus, Fabricius ll. cc. qui Librum hunc ψευδεπίγραφον dicunt, quod Chrysostomus, Climacus, Maximus, Nicephorus, & alii in eo citentur.

III. p. 170. Theodoreti Philotheus, sive Historia Religiosa XXX. sanctorum Ascetarum cum prologo, cuius haec est inscriptio: Πρόλογος τῆς φιλοθέου ἱστορίας, ἢ ἀσκητικῆς πολιτείας Θεοδωρίτου. *Prologus religiosae historiae, seu monasticae conversationis Theodoreti.* Initium: Τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀθλητῶν, καλὸν μὲν ἰδεῖν τοὺς ἀγῶνας. Finis: ἄρξομαι

μαι δὲ τῆς διηγήσεως ἔνθεν ἑλών. Deinde primum Caput Ἰάκωβος, inc. Μωϋσῆς ὁ θεῖος νομοθέτης, ὁ τῆς θαλάττης τὸν πυθμένα γυμνώσας. Vltimum, Περὶ Δομνίνας, des. μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν, ut videre est Tom. III. cit. edit. pag. 763. seq. Virorum feminarumque ascetarum XXX. elogia continet, ex quibus X. quum librum hunc scriberet, erant adhuc superstites, exarata circa annum Christi ccccxliv. Latine vertit, ediditque Ioach. Camerarius Basileae A. mdxxxix. fol. & Gentianus Hervetus Parif. A. mdlvi. 4. & Florentiae A. mdlxx. mutatoque titulo Φιλόθεος in Θεοφιλής. Quamvis autem utrumque adiectivum φιλόθεος, & θεοφιλὴς eiusdem significationis, & tam feminini, quam masculini generis sit, rectius tamen haec Historia adpellatur Φιλόθεος, quia Theodoretus ipse eam sic inscripsit, ut conligitur ex eiusdem Historia Ecclesiastica, ubi eam aliquoties citat, & eumdem in Codicibus etiam titulum praesefert. Graece ante Sirmondi editionem non prodierat.

IV. p. 275. b. Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου περὶ τῆς θείας ἀγάπης. *Eiusdem beati Theodoreti de divina dilectione*, cuius vi sancti viri, & ascetae tot, & tanta fortiter substinuerunt. Inc. Ἥλικοι μὲν οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταί. Des. μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Vid. cit. edit. Oper. Theodoreti Tom. IV. p. 680. Separatim cum versione, notis, & variis lectionibus vulgavit Gerar. Vossius Tungrensis Rom. mdlxxx. 4.

Codex Graec. chartac. Ms. in fol. minori Sec. xv. Constat fol. 286.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΜΕΤΑ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ ΑΝΟΝΥΜΟΥ.

PSALTERIVM CVM EXPOSITIONE INCERTI AVCTORIS

COD. XXX Continet hic Codex incerti auctoris, sive, quod Holstenius in prima adscripsit pagina, Athanasii Commentarium in cunctos Psalmos Davidis. Quam recte hoc, deinceps videbimus. Ne vacarent paginae quaedam, quae supererant in principio, & fine libri, in iis nova manus, neque admodum elegans tractatulum quemdam quasi summarium omnium Psalmorum, qui tamen utrobique mutilus adparet, ac valde mendosus, & scholia nonnulla in Psalmos adiecit. Dabimus tamen huiusce tractatuli initium. Λέγω τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα γινομένην, ἐκ τῆς μεγαλοφωνίας τοῦ εὐαγγελίου .... ταῖς ψυχαῖς τῶν ἤδη τελειωμένων παράδοσιν βροντὴ ὀνομάζεται, κ. λ. Finis vero continuationis, quae septem ultimas Codicis paginas complectitur, est qui sequitur: καὶ μὴ χωρισθεῖσῃ τῆς μερίδος τῶν σωζομένων διακαιωμένων ἐν πίστει τελειωμένων τὴν ὁμπλ* (sic) τοῦ κυρίου, ᾧ ἡ δόξα. quoad nobis ex pessima huiusce recentioris manus scriptura colligere licuit. Quod vero in hisce vacuis initio, & fine paginis fuerit adpositus, id non eius praestantiae esse arbitror referendum, sed potius ipsius argumenti similitudini, quum in ipso quoque de psalmorum agatur expositione, id quod in aliis etiam Codicibus usuvenire comperimus. Sed ad ipsam Psalmorum expositionem, quae singulis eorumdem versiculis subiicitur progrediamur, ubi primo est animadvertendum, auctorem suis interpretationibus saepissime & aliorum diversas sententias addidisse, in primis Athanasii, quem nominatim plerumque protulit. Quo ductus argumento Holstenius in fronte Codicis hanc expositionem Athanasio tribuit. Id vero est, quod valde dubito. Nam etsi sedulo consuluimus Opera Athanasii, & initium expos. in Psalmos sub eius nomine editae a Nic. Antonellio, nunc S. R. E. doctissimo Cardinali, quin & Corderii Catenam in Psalmos, tamen nihil invenimus minus recte dictum esse, quam istud: ut facile adpareat, haec scholia potius Catenam plurium interpretum esse, quorum princeps sit Athanasius. Margini heinc & einde diversi, ut videtur, auctoris scholia, non tantum ab eadem manu, quae in principio Codicis, & in fine adlata summaria exscripsit, sed ab alia quoque, vel potius duabus diversis sunt adspersa, quorum plurima nullum auctoris nomen praeseferunt, nonnulla S. Ioannis Chrysostomi. Ea autem non adeo contemnenda esse, declarant pag. 45. ad illa Psalm V. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν, ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς, καὶ πικρίας γέμει, haec verba nescio cuius auctoris: Καὶ οὗτοι οἱ στίχοι κατὰ τοὺς Ἀλεξανδρεῖς εἰς τὸ κείμενον τάττονται. Sed ut ceteri liberius iudicent, cuinam haec Catena tribui debeat, adferenda sunt verba primae paginae, unde Psalterii fit exordium.

I. pag. 14. Ψαλτήριον ἑρμηνευτὸν εἰς Θεὸν μέλος τοῦ προφήτου καὶ μελῳδοῦ Δαβὶδ, ἀλληλούϊα. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. Ἑρμηνεία αὐτοῦ. Ἀσεβεῖς φασὶν εἶναι τοὺς εἰδωλολάτρας, τοὺς μὴ εἰδότας, τίς ὁ φύσει Θεὸς, τοῖς λίθοις καὶ ξύλοις, τὸ τῆς ἂν αὐτοῦ δόξης ἀνάπτοντας ἀσεβεῖς. Μακάριος δὲ οὗτος ὁ ταῖς οὕτω πικρίαις ἐνηλιμμένος. Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. Ἑρμηνεία. Ὡς ὁ Λὼτ καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες ὡσαύτως. Ἐνέργοις ἐν πίστει ἐν βίῳ, ἡ μὲν προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσήφ, ὅτι οὐ συμπαραγίνεται τοῖς Ἰουδαίοις ἡνίκα κατὰ Χριστοῦ ἐβουλεύσαντο. Τὸ δὲ ἴδιον τοῦ λόγου μακαρίζει πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ συνεδριάζοντα, ἢ συνευδοκοῦντα τοῖς κακοβούλοις, ἢ ἀτάκτως περιπατοῦσιν. Ἐν ἄλλῳ. Καὶ τίνι τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον ἁρμόσαι ταῦτα δυνήσεται, οὗτος γὰρ ἀληθῶς, καὶ μόνος μακάριος, ὃν καὶ Παῦλος μακάριον καὶ μόνον δυνάστην Θεὸν καὶ βασιλέα βασιλέων πρωηγόρευσεν (lege προσηγόρευσεν.) Μακάριος μόνος ταλαισμοῦ ὑπάρχων ἀλλοτρίως, ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐλογίσατο, οὐκ ἔπραξεν, ἀλλοῦ δὲ τὸν πράττοντα ὑπεκρίνατο. Καὶ οὕτως αὐτῷ τοῦ πορευθῆναι, μηδὲ στῆναι, μηδὲ καθίσαι μετὰ τῶν ἀσεβῶν, ἢ

ἁμαρ-

ἁμαρτωλῶν, ἢ παρανόμων σώζεται. Des. ἐγὼ δὲ σπασάμενος τὴν παρ' αὐτοῦ μάχαιραν ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ.

II. p. 272. Sequuntur Odae ex libris sacris depromtae. 1. Moysis in Exodo. 2. in Deuteronomio. 3. Annae, matris Samuelis, preces. 4 Ode Habacuci prophetae. 5. Esaiae prophetae. 6. Preces Ionae. 7. Historia trium adolescentum. 8. Ode eorumdem. 9. Mariae Virginis. 10. Preces Ezechiae prophetae. 11. Manasse. Haec omnia sine scholiis. 12. Interpretatio orationis Dominicae. Inc. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πατέρα λέγεις ἄνθρωπε τὸν Θεὸν, καλῶς λέγεις, ἐστὶ γὰρ πατὴρ, καὶ ποιητὴς πάντων ἡμῶν. Des. ἀλλὰ σκέπασον ἡμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου, ὅτι σου ἐστὶν βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, κ. λ. Saepe observavimus, cum aliis psalmorum Codicibus, tum Apollinaris Psalmis has odas, & preces esse subiectas.

III. p. 285. Haec excipit Tabula Paschalis eiusdem manus, quae Psalmorum Commentarium exaravit, cum Kalendario XII. annorum ad finem scripto, quod in totidem distinctum circulis, cuiuslibet anni festa in quolibet circulo exhibet. Vltimus est Anni 6521. quo Pascha incidit in diem V. Aprilis. Sequitur continuatio Summarii, initio Codicis praemissi, de quo supra. Scriptus est Codex, ut animadvertit Willelmus Langius in Catalog. Biblioth. Mediceae circa annum Christi MCXII.

Codex Graec. membran. Ms. in 4. Sec. XII. Constat fol. 292.

ΕΠΗ ΤΩΝ ΘΑΥΜΑΣΤΩΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

CARMINA MIRACVLORVM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Titulum ita restituimus.

Eudociae Augustae Centones Homerici de miraculis Christi servatoris.

COD. XXXI. I. pag. 1. Inc. ΤΟὺ δ' ἄχος ἀμφεχύθη θυμοφθόρον, οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἔτλη. Einde post XVIII. versum sequitur Caput Περὶ τῆς προσελεύσεως τῶν χωλῶν, καὶ τυφλῶν. Cuius primus versus: Ὣς εἰπὼν, τοὺς μὲν λίπεν αὐτοῦ· βῆ δὲ μετ' ἄλλους. Vltimum Caput est Περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἑκατοντάρχου. Vltimus versus est: Ἀχνύμεναι· μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων. Qui quidem versus occurrit inter Eudociae Homericos Centones, quos G. & L. exhibet Auctar. Biblioth. Veterum Patrum per Margarinum de la Bigne, Parisiis A. MDCXXIV. Tom. VIII. quem statim excipit primus nostri Codicis versus, iam relatus, & incidit in pag. 115. cit. edit. Ex quibus innuere facile possumus Codicem fuisse male compactum, quum ultimae illius paginae, primae esse debuissent.

Cod. Graec. membranac. Ms. in 4. Sec. XIV. initio, & fine mutilus. Constat fol. scriptis 26.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΙΑΣ ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ.

DIONYSIVS DE CAELESTI HIERARCHIA.

I. p. 1. ΔΙονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας. *Dionysii Areopagitae Episcopi Athenarum ad Timotheum Episcopum de Caelesti Hierarchia*. Praemittitur Tabula Capitum XV. tum vulgatum Epigramma: Ἀγγελικῆς σοφίης κ. λ. & inscriptio: Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ κ. λ. demum initium Libri: Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, κ. λ. Finis κρυφιότητα σιγῇ τιμήσαντες, ut in edito contextu. Omissus tamen Prologus, & in fine Libri additum est Epigramma: Οὐρανίων θιάσων, κ. λ. quod iam alibi protulimus. Scholia heinc & einde in margine adponuntur, pauciora tamen illis, quae sunt in XIII. & XXVI. Codice huius Plutei. COD. XXXII.

II. p. 28. *b* Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον περὶ θείων ὀνομάτων. *Dionysii Areopagitae Episcopi Athenarum ad Timotheum Episcopum de Divinis Nominibus*. Hic Liber, aeque ac superior, capitum numero, epigrammate Εἰς νόον αἰγλήεντα, κ. λ. inscriptione, initio, & fine cum memorata Iunctarum editione concordat.

III. p. 76. *b*. Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν πρὸς Τιμόθεον ἐπίσκοπον περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας. *Dionysii Areopagitae Episcopi Athenarum ad Timotheum Episcopum de Ecclesiastica Hierarchia*. Praecedit Epigramma Σύμβολα θεσπεσίων, κ. λ. quod in fine libri repetitur, Index Capitum VII. tum aliud Epigramma Οὐρανοῦ ἀστερ... valde conruptum, & mutilum. Initium Libri, ac finis cum edito conveniunt; verum in progressu confusus est, ac mirifice perturbatus Codex. Primo enim pag. 84. secundum caput in his desinit verbis editi contextus μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας; & mox novum incipit a verbis illa sequentibus, Ἀλλ' εὖγε ὅτι ταύτης ἐμνήσθημεν, κ. λ. & inscribitur: Περὶ τῶν ἐν τῇ συνάξει τελουμένων. *De illis, qui in congregatione sunt initiati*; duciturque ad initium usque capitis mox sequentis, quod in editis exemplaribus tertium est; ibique his absolvitur verbis: ἱεραρχικαῖς θεωρίαις ἀναχθησόμεθα. Heic vero desinit in medio post illa: τὴν πρόσυλον δὲ καὶ πολυπαθεστάτην ἀλλοίωσιν: Adduntur tamen haec: Λάθος γέγονε· διὸ ὁ ἀναγινώσκων ὑπέρβαλο φύλλον ζ' ἕως οὗ εὕρῃ λέγον οὕτως, καὶ τὰς ὀλλυμένας καὶ φθοροποιοὺς ἡδονάς. *Error fuit: idcirco lector transiliat folium septimum, donec ista reperiat*. Sequuntur pag. 88. Σχόλια τοῦ περὶ συμβολικῆς θεολογίας λόγου. *Scholia super libro de symbolica Theologia*; immo vero super praecedente libro de Ecclesiastica Hierarchia, quae quum incipiant: Οὐκ ἐξορχήσῃ

χήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. Τυτέςιν οὐ παιγνιωδῶς, καὶ ἀνευλαβῶς ποιήσεις πᾶσι τοῖς ἀνιέροις καταφανὴ γέλωτος ἀφορμὴν ποιυμένοις τὰ θεῖα, καὶ μυςικὰ, κ. λ. quae conveniunt cum iis, quae leguntur in Cod. XI. huius Plut. p. 24. satis patet, verba illa: Οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, quae illis explicantur scholiis, paullo post initium primi Capitis libelli de Ecclesiastica Hierarchia reperiri, ut iam supra observavimus pag. 31. Huius autem Capitis, itemque secundi, tertii, & quarti non totus quidem contextus cum omnibus, & singulis verbis adfertur, ut in editis exemplaribus, sed tantum uniuscuiusque istorum Capitum difficiliores formulae, & vocabula suo ordine adscribuntur, & explicantur. Post quartum autem Caput maior exstat in Codice perturbatio. Nam quod in editionibus ordine quintum est, & inscribitur: Περὶ τῶν ἱερατικῶν τελειώσεων, incipitque: Δεσμὸς ὖν ὗτός ἐςι, κ. λ. non heic suo in loco deprehendimus; sed potius illud, quod in vulgatis sextum, quintum est in Codice, & inscribitur: Μυςήριον ἱερατικῶν τελειώσεων, eademque ratione, qua superiora quatuor capita pertractatur. Itaque sextum nunc est in Codice, quod in editionibus septimum, videlicet Περὶ μοναχικῆς τελειώσεως, nec secus, ac relata iam quinque capita, proponitur. Einde iterum adfertur Caput quartum, quintum, sextum, septimum vero tertio, reliqua quidem cum suis inscriptionibus; utriusque vero septimi prius inscriptum est pag. 111. Περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελυμένων, posterius autem p. 112 eo titulo, quem in vulgatis praesefert. Quarti exordium Capitis p. 99. usque ad illa πρὸς πᾶσαν σχεδὸν ἱεραρχικὴν τελεσιυργίαν, integris & cohaerentibus adscriptum est verbis; eique, ut exordiis quinti, sexti, & septimi posterioris, mox θεωρία quaedam, sive explicatio subiicitur, quae usque ad verba ipsius Capitis τελειωτικὴν εὐταξίαν διαιρυμένην perducitur. Illic enim una in serie, sine ullo numero, inscriptione, & explicatione, integrum adiungitur illud, quod iuxta ordinem editionum, quintum est. Quintum autem Codicis, sextum est editorum, eiusque integra verba ab initio, usque ad ἱερατικῶν ταγμάτων ἀποτελεσθέντα heic adsunt. Sextum est Codicis p. 109. *b.* quod septimum editorum. Hoc aeque a primis verbis ad illa τῶν θεαρχικῶν μυςηρίων adfertur. Verum haec inter, & mox sequentia, interiecta est vox θεωρία rubris scripta litteris, post quam nihilominus continuatur textus, usque ad θεαρχικῆς ἀκτῖνος αὐγάς· quibus absolutis incipit in Codice Caput VII. prius, quod inibi inscribitur: Περὶ τῶν ἐπὶ κεκοιμημένοις τελυμένων. At istum titulum nil aliud subsequitur, nisi integra continuatio Capitis VI. usque ad finem: nec ulla ei addita est explicatio, perinde nec Capiti VII. posteriori, quod in editis octavum est; idque omnibus, & singulis suis verbis ab initio ad finem in Codice profertur.

In fine Libri, pag. nimirum 117. praeter editum epigramma, quod incipit: Σύμβολα θεσπεσίων κ. λ. superius relatum, accedit hoc alterum, quod sciam, ineditum:

Μυςιπόλυ τελετῆς ἱερόγραφα σύμβολα λέξας,
Καὶ ςίχας εὐκρινέας ζαθέης διαπέφραδες αὐλῆς.
Mysticae initiationis sacra symbola enarrasti,
Et ordines puros divinae aulae exposuisti.

IV. pag. ead. Subsequitur statim: Τῦ αὐτῦ λόγος δ' περὶ μυςικῆς θεολογίας. *Eiusdem Libellus quartus de Mystica Theologia*, & epigramma, quod non occurrit in editis:

Εἰκόνας οὐρανίων τελετῶν, ἱερῶν τε θεωρῶν
Ἡμετέρων, Χριςῦ Διονύσιος ἔφρασε μύςης,
Ὅς ποτ' Ἀθηναίων κατ' ἀρήϊον ἥμενος ὄχθον,
Ἀντὶ δικασπολίης, ἱερὸν μετεκείαθε Παῦλον.
Imagines caelestium mysteriorum, sacrorumque videns
Nostrorum, Christi Dionysius exposuit sacerdos,
Qui olim quum sederet in Atheniensium Areopago
Pro iustitia, sanctum frequentavit Paulum.

Tum recensio V. Capitum, quibus Libellus constat, quae statim excipit epigramma Καὶ νόον αἰγλήεντα λίπες κ. λ. de quo supra p. 51. Cap. I. inc. Τριὰς ὑπερύσιε κ. λ. Vltimum des. καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων. Heic quoque novum aliud Epigramma occurrit, nempe:

Εἰς γνόφον αἰγλήεντα μολὼν ἑνοειδέος ἀρχῆς,
Ἀπλανέος σοφὰ μέτρα θεηγορίης ἀναφαίνεις.
Penetrans in caliginem radiantem unici principii,
Doces sapientem rationem non fallacis theologiae.

V. pag. 120. Τῦ αὐτῦ ἐπιςολαὶ διάφοροι δέκα. *Eiusdem Epistolae diversae decem.* Sequitur index eorum, ad quos mittuntur, qui perinde, ut Epistolae ipsae, nihil ab edito diversus deprehenditur.

VI. p. 135. Incipiunt Scholia, CLXXIV. capitibus comprehensa, & primo quidem in Librum de Divinis Nominibus. Capita porro ipsa, Graecis distincta numeris in ora Cod. adnotatis, totidem ipsius Dionysii textus margini adpositis adamussim respondent. Scholiis vero praemittuntur hi hexametri, nec ipsi, quod meminerim, in lucem prolati:

Ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλοσε μέλπειν;
Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ ὐδενὶ ῥητός,
Μῦνος ἐὼν ἄφρασος, ἐπεὶ τέκες, ὅσσα λαλεῖται.
Πῶς λόγος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ ὐδενὶ ληπτός,
Μῦνος ἐὼν ἄγνωςος, ἐπεὶ τέκες, ὅσα νοεῖται.
Πάντά σε καὶ λαλέοντα, καὶ ὐ λαλέοντα λιγαίνει.
Πάντά σε καὶ νοέοντα, καὶ ὐ νοέοντα γεραίρει.
Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων
Ἀμφί σε· σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται, εἰς σὲ δὲ πάντα
Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.
Σοὶ ἑνὶ πάντα μένει, σεῦ δ' ἄθροα πάντα θοάζει,
Καὶ πάντων τέλος ἐσσί, καὶ εἷς καὶ πάντα ὑπάρχεις,
Οὐχ ἓν ἐὼν, ὐ πάντα· πολύλλογε πῶς σε καλέσσω
Τὸν μόνον ἀκλήϊςον, ὑπερφανέας δὲ καλύπτρας
Τίς νόος ὐρανίδης εἰσδύσεται; ἵλαος εἴης,
Ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλοσε μέλπειν;

 O omni-

O omnibus maior, quid enim aliud canere fas est?
At quomodo vox te celebrabit? tu enim nulla voce exprimi potes,
Qui solus sis ineffabilis, quamvis quaecumque eloquuntur crearis.
Quomodo sermo te comprehendet? tu enim nullo templo comprehensibilis es,
Qui solus ignotus sis, etsi quaecumque intelligunt effeceris.
Omnia te loquentia, & non loquentia praedicant.
Omnia te animata, & inanimata bonorant.
Omnium enim commune desiderium, & communis cura
Est de te: tibi supplicant omnia: in te autem omnia
Tuas quum norint leges, mutum hymnum effantur.
Cuncta in te consistunt, te plena omnia moventur.
Tu omnium finis es, unusque & omnia es,
Non unum, non omnia es. Quomodo igitur multis nominibus praedite te vocabo
Solum nominari nescium? caelestia arcana,
Quae mens caelestis ingreditur? Propitius esto
O maior omnibus, quid enim fas est aliud canere?

Scholia ipsa, pleraque S. Maximi, incipiunt: Πᾶσα ἀνθρωπίνη σοφία ἐκ τῶν αἰσθητῶν τὰς πιθανότητας τῶν ἀποδείξεων ἐρανίζεται κ. λ. Des. pag. 182. *b.* ὅτι πάντων ὀνομάτων σεπτότατον, ἡ ἀγαθότης, διὸ καὶ πρῶτος τῷ Θεῷ ἀφιέρωται. statimque in eadem linea haec sequitur subscriptio: ,ϛωξγ΄. Σεπτεμβρίου λ΄. χεὶρ γέγραφεν ἀναξίου Θύτου. *A. M.* 6863. (Christi MCCCLV.) *Septembris die XXX. manus indigni Thyti scripsit.* Scholia haec valde corrupta sunt, & exoleta, non secus ac ea, quae habentur post octo folia, in Librum de Caelesti Hierarchia, quae quidem mox debuerant sequi, quum in alium Dionysii Librum fuerint conscripta: cum his tamen continuata capitum serie cohaerent.

VII. Sed p. 183 medius interiectus est Prologus in S. Dionysium, qui sub S. Maximi nomine circumfertur, atque incipit: Τὴν μὲν εὐγένειαν, τότε περιφανὲς κ. λ. Des. εἰς τὰς ἡμᾶς ἐλθεῖν συμβέβηκε χεῖρας.

VIII. p. 185. *b.* Alia proponitur distributio Libri de Divinis Nominibus in C. Capita.

IX. p. 187. *b.* Leguntur Scholia, quae sunt in citata editione Iunctina, quorum initium: Ἰστέον ὡς τινες τῶν ἔξω φιλοσόφων, καὶ μάλιστα Πρόκλος θεωρήμασι πολλάκις, κ. λ. Finis: ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσι τάδε καὶ τάδε.

X. pag. 189. Sex in Dionysium epigrammata repetuntur, quae partim Iuncta olim, partim nos ipsi in turbam dedimus, videlicet: I. Ἀγγελικῶν κ. λ. II. Εἰς νόον αἰγλήεντα κ. λ. III. Εἰς γνόφον αἰγλήεντα κ. λ. IV. Σύμβολα θεσπεσίων κ. λ. V. Μυστιπόλου τελετῆς κ. λ. VI Εἰκόνας οὐρανίων κ. λ.

XI. pag. ead. *b.* Adscripta sunt diversa mensium apud Romanos, Aegyptios, Graecos, & Hebraeos nomina, iisque subiecta quaedam veluti brevis ipsorum explicatio.

XII. pag 190. Redeunt scholia in totum Librum de Caelesti Hierarchia, quae capitum serie cum superioribus in Librum de Divinis Nominibus, ut supra innuimus, cohaerent, ac perinde ut illa Graecis numeris textui respondentibus distinguuntur. Initium est: Πρεσβύτερος. Σημείωσαι, ὅτι τὸ τοῦ πρεσβυτέρου ὄνομα, καὶ τὸν ἐπίσκοπον δηλοῖ, κ. λ. En finem: τουτέστι τῶν θείων ἐργαζομένων καὶ ἀποτελούντων.

XIII. p. 203. Alia occurrit scholiorum pars in Librum de Ecclesiastica Hierarchia, hoc addito amanuensis monito: Ζήτει τὰ σχόλια τοῦ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας λόγου γεγραμμένα μετὰ φύλλα γ΄. τοῦ μυστηρίου συνάξεως κεφαλαίου γ΄. τοῦ αὐτοῦ λόγου. *Quaere scholia scripta in Librum de Ecclesiastica Hierarchia post tria folia de Mysterio Sacrae Coenae in capite tertio eiusdem Libri.* Ac revera priorem ipsorum partem, quam sub falso titulo scholiorum in Librum de Symbolica Theologia pag. 88 exhiberi iam adnotavimus, cum hac posteriori componentes, animadvertimus numerorum marginalium seriem recte continuari: nam ultimus illius, huius primo respondet. Haec autem ita incipiunt: Ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν ἐάλω μετὰ τὴν τῶν δαιμόνων ἀπόπτωσιν φησί. Τοῦτο γὰρ οὐδὲ παρὰ τὰς θείας γραφὰς ἔγνωμεν, quae fortasse ad VI. huius Libri Caput pertinent. Desinunt vero: πάντα γὰρ ταῦτα δεύτερα αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ προνοητικῶν ἐκφοιτήσαντα οὐδέν ἐστι τῶν ἐξ αὐτοῦ.

XIV. Pag. 208. *b.* Scholia in Epistolas incipiunt: Ἐπιβάλλω Γάϊον τοῦτον εἶναι ᾧ τὴν τρίτην ἐπιστολὴν ἔγραψεν ὁ θειότατος Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης. Des. μετὰ βραχὺ δὲ ὅτε ἀνακληθῆς καὶ κατὰ πρόσωπον ἀλλήλοις ἐντευξόμεθα. ,ϛωξγ΄....

XV. pag. 217. Polycratis, Archiepiscopi Ephesini, ex Epistola ad Victorem Archiepiscopum Romae fragmentum, quod iam, uti & fragmentum Clementis, Presbyteri Alexandrini, & Philonis, exstant in editione Iunctina eo ordine, quo in nostro Codice leguntur; nisi quod in hoc post vocem ὀνομάζεσθαι, in qua desinit editio, subiiciuntur ista: Τοῦ δὲ μακαρίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου μέμνηται Λουκᾶς ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, καὶ Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου ἀρχαῖος, καὶ ὁ μακάριος Πολύκαρπος ἐν τῇ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν Ἀθηνῶν ἐπιστολῇ, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ. In fine legitur rubris characteribus: Τὸ βιβλίον τοῦτο ἱερέος Μανουήλ. *Iste liber est sacerdotis Manuelis.*

Cod. Graec. chartac. Ms. Sec. XV. in 4. Foliis constat 220.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ ΤΟΥ ΔΑΒΙΔ.

PSALTERIVM DAVID.

I. p. 1. Psalterium integrum CL. psalmorum, cui additur psalmus idiographus cum suo titulo. COD. XXXIII.

II.

II. p. 140. Cantica Prophetarum, Trium Puerorum, ac B. Mariae Virginis.

XII. pag. 208. Ὑπόθεσις εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον. *Hypothesis in Evangelium secundum Ioannem*. Inc. Κατὰ Ἰωάννην τὸ εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Ζεβεδαίου. Des. τὸ μὲν ἓν, ὅτε ἤρξατο κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον· τὸ δὲ ἕτερον, ἐν ᾧ καὶ πέπονθεν. Succedit Index Capitum XVIII. quorum primum: Περὶ τοῦ ἐν Κανᾶ γάμου. Postremum: Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ κυριακοῦ σώματος. Et ipsius Evangelistae notitia, quae ita incipit: Τοῦ πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, καθὰ γέγραπται, καὶ πιστεύομεν· ἐν ἀσθενείᾳ δὲ οὐ σώματος, ἀλλὰ δὴ καὶ λόγου, καὶ σοφίας ἐν γλώττῃ κειμένης. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν μὲν, καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ ἐκ τοῦ [1] περὶ τὸν μέγαν θεολόγον, καὶ ἀδελφὸν Χριστοῦ ἐν χάριτι ὁρωμένου. Οὗτος γὰρ ἁλιέως μὲν πατρὸς υἱὸς ἦν· τὴν αὐτὴν δὲ τέχνην τῷ πατρὶ μεταχειριζόμενος, οὐ μόνον ἀμαθὴς ἦν τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ἰουδαϊκῆς παιδεύσεως, ἀλλὰ καὶ πάντη ἀγράμματος, καθὰ δὴ καὶ ὁ [2] Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ πατρὶς αὐτοῦ εὐτελής [3] καὶ ἄσημος, ὡς χωρίον εἶναι οὐ λογικῆς, ἀλλ' ἁλιευτικῆς τέχνης, κ. λ. Des. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· ἦν δὲ ἄρα καὶ συγγενὴς τοῦ κυρίου, καὶ πῶς ἄκουσον. Hic idem Prologus habetur etiam in aliis Codicibus Mss. huius Bibliothecae, ut patebit inferius, & typis excusus est in Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi in IV. Evangelia Commentariis, p. 379. Immo & alii, qui singulis praefiguntur Evangeliis Prologi, ipsius sunt Theophylacti, ut ex editione Novi Testamenti, Parisiensi, curante Roberto Stephano, in qua sub illius nomine exhibentur, eruitur. Sed quum hae Theophylacti Enarrationes, nonnisi compendia quaedam sint earum, quas uberius Chrysostomus, aliique scripsere, & edidere, ut Tituli Commentariorum Theophylacti produnt; & in Ioannem ex ipso hausta Chrysostomo dicantur verba illa ex Theophylacto producta, non tam eius, quam Chrysostomi habenda sunt, ut ex iis patet, quae ex Chrysostomo proferuntur a Clariss. Ioanne Lamio in Lib. de Erud. Apost. pag. 566. Sequitur deinde Evangelistae imago eodem, quo superiores reliquae, arti-

(1) Ita in Cod. in libro vero Cl. Io. Lami de Eruditione Apostolorum p. 225. habetur τῶν.

(2) Additur in ed. cit. θειότατος.

(3) Ed. εὐτελεστάτη.

artificio, elegantiaque depicta: tum p. 211. Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. *Evangelium secundum Ioannem*. Inc. Ἐν ἀρχῇ ἦ ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. Commentarius inc. Οὗτος ὁ Εὐαγγελιστὴς πατρίδος μὲν ἦν, ἤτοι κώμης εὐτελοῦς ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ τῆς Γαλιλαίας, πατρὸς δὲ ἁλιέως, καὶ πένητος, παιδείας δ᾽ οὖν τῆς ἔξωθεν, οὐδ᾽ ὅτι οὖν μετῆν. Οὗτος ὁ Εὐαγγελιστὴς ὁ ἁλιεὺς, καὶ ἰδιώτης ἰδιωτείαν τὴν ἐσχάτην, ὁ γράμματα μὴ εἰδὼς, μήτε πρότερον, μήθ᾽ ὕστερον μετὰ τὸ συγγενέσθαι Χριστῷ, ταύτην φθέγγεται τὴν συγγραφὴν τὸν ἀΐδιον τοῦ Θεοῦ λόγον, συναΐδιον εἶναι λέγων τῷ γεγεννηκότι. Quae quidem Evangelistam potius, quam Evangelium ipsum respiciunt, cuius explanatio videtur, ex iis, quae sequuntur ordiri: Ὅσον δύναται τὸ ἐν ἀρχῇ τὸ ἦν· εἰ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἦν, πότε οὐκ ἦν· διατοῦτό φησιν, ὁ λόγος, καὶ οὐχ ὁ υἱὸς, ἵνα μὴ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ υἱοῦ ἐπεισέλθῃ τισὶν ἡ τοῦ πάθους ἔννοια· ἐπειδὴ τὰ παρ᾽ ἡμῖν γεννῶντα, ἐμπαθῶς γεννᾷ· λόγος δὲ ἐκλήθη, ἵνα δειχθῇ, ὅτι ἐκ τοῦ νοῦ προήχθη· καὶ ὅτι εἰκὼν τοῦ γεννήσαντος, ὥσπερ καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος, ὅλην ἀπεικονίζει τὴν τοῦ νοῦ γνῶσιν. Des. κατὰ μέρος δὲ ὑφ᾽ ἑτέρου ἀγνοίᾳ τοῦ πρώτου τυχὼν ἔσωθεν, καὶ μέρος τῆς τοῦ εὐαγγελίου γραφῆς γινόμενον, διὰ πάντων τῶν εὐαγγελίων ὁ χρόνος, καὶ ἡ συνήθεια φέρεσθαι παρεσκεύασεν. Deest historia adulterae mulieris, ita tamen ut desideretur versiculus ultimus Cap. VII. & toti undecim versus Cap. VIII. qui quidem versiculi, in plurimis Graecis, Latinisque exemplaribus, S. Hieronymi aevo non legebantur, ut ex ipsius verbis patet Lib. II. contra Pelagium Cap. VI. *In Evangelio secundum Ioannem in multis Graecis, & Latinis Codicibus non invenitur de adultera muliere &c.* Immo neque plerique veteres Graeci Patres eosdem legerunt; & ex tribus & viginti interpretibus, qui in Catena Graeca adferuntur, nemo illos explicuit, neque de iisdem vel Origenes, vel S. Chrysostomus, vel Nonnus, vel alii verba fecerunt. Testis est Maldonatus, ex omnibus Graecis exemplaribus, quae ipse consuluit, nullum se invenisse, quod hanc habuerit historiam, praeter unum, Leontii Commentarios complectens, ubi Leontius ipse de illa ne verbum quidem facit; in Graeco autem textu, obelis, vel asteriscis signata est, adeo ut genuina esse minime videatur. Millius plures alios retulit Codices, in quibus hi versus desiderantur. Eosdem Armenii ex Bibliis suis prorsus expunxerunt, & Syrus in Polyglottis Parisiensibus, & Londinensibus [1] non legit, non secus ac vetus Gothica Vlphilae Versio. In quibusdam veteribus Graecis Mss. occurrunt ii quidem, sed alibi, nimirum, vel in fine Capitis XXI. S. Lucae, vel in fine Evangelii S. Ioannis: in compluribus vero a textu peculiaribus distinguuntur notis, in aliis in ora libri adponuntur, vel minoribus exprimuntur characteribus. Euthymius, qui ineunte Seculo XII. vivebat, hos explicat versus in Commentariis suis; verum testatur, illos in melioribus Codicibus vel deesse, vel obelo esse notatos; quod fidem adstruit, ait ille, eos huc obrepsisse, & adiectos fuisse. In LX. Chrysostomi in Ioannem Homilia, Latina quidem versio loquitur de muliere adultera, sed Graecus textus ne verbum quidem, ea solum referens, quae Pharisaei e Salvatore quaesierunt, utrum liceret viro quacumque ex caussa uxori suae dare libellum repudii. Vid. Matthaeum XIX. 3. Hanc vero quaestionem erudite prae reliquis explicare conatur clariss. Augustinus Calmetius in Commentario ad Novi Testamenti libros, Operum editionis Augustae Vindelic. A. MDCCXXXV. Tom. VII. p. 731. Vide etiam Riccardum Simonem *Histoire Critique du Nouveau Testament* Tom. III. p. 148.

Vt constat ex nota adiecta in fine Evangelii Ioannis, quae exstat in Cod. XX. Biblioth. Coislinianae, olim Seguerianae, ubi Commentarius ille fere cum hoc nostro convenit, horum scholiorum auctores sunt, Anastasius Antiochenus, Apollinarius, Athanasius Alexandrinus, Basilius Magnus, Cyrillus Episcopus Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Didymus Caecus, Epiphanius Cypri, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Ioannes Chrysostomus Constantinopolitanus, Isidorus, Methodius Patarensis, Origenes, Severus, Theodorus Heracleotes, Theodorus Mopsuestenus, Theophilus, Titus Bostrensis, Victor, aliique multi, quorum nomina se non reperisse calligraphus profitetur.

Argumenta Capitum, quorum Indices cuilibet Evangelio praecurrebant, ut observavimus, sunt etiam vel in superiore, vel in inferiore libri margine suo loco cynnabari exarata; quemadmodum etiam in ipso margine Eusebianarum sectionum numeri adpositi, quorum summa in Matthaeo est CCCLV. in Marco CCXXXIII. in Luca CCCXLII. in Ioanne CCXXXII. In ultima tandem Codicis pagina hi duodecim versus Iambi rubris item characteribus sunt adscripti.

Εἰς τοὺς δ᾽ Εὐαγγελιστάς.

Εὐαγγελιστῶν τοὺς θεοπνεύστους λόγους,
Τόμοις διαιρεθέντας εὐεπιμβόλοις,
Καὶ τῇδε βίβλῳ τεχνικῶς ἡρμοσμένους,
Ἅπας ἀκούων, καὶ τρυφῶν καθ᾽ ἡμέραν
Ἐστῶσιν ὠσὶ τοὺς ὑπεκφωνουμένους,
Λεόντιον θαύμαζε τῆς εὐθυμίας
Σπούδασμα πολλοῖς οὐ πρὶν ἐσπουδασμένον,
Καὶ σπουδάσαντα συντόνοις προθυμίαις,
Καὶ καλλιγραφήσαντα κόσμοις ποικίλοις,
Τοῖς μὲν ξενίζειν τοὺς ὁρῶντας ὡς ἔχοι,
Τοῖς τοῦ Θεοῦ δὲ ῥήμασι ψυχοτρόφοις
Εὐεργετεῖν ἅπαντας ἀκροωμένους.

In quatuor Evangelistas.

Evangelistarum divinitus inspiratos sermones,
Sectionibus divisos facile accessibilibus,
Et huic libro artificiose aptatos,
Omnis qui audis, & frueris quotidie

Ad-

(1) Desunt etiam in Syro celeberrimo Codice Mediceae huius Bibliothecae A. C. DCCLIX. exarato.

Adrectis auribus dictatis caelitus sermonibus,
Leontii mirare sollertiam (ratum
Perefficacem, & talibus modis antea non cu-
Laborem, quo vir utitur continua alacritate,
Et pulcre exscripsit variis ornamentis,
His, ut habeat quibus adliciat spectantes,
Illis autem, ut Dei verbis animam alentibus
Benefaciat omnibus audientibus.

Hi versus ab Allatio quoque Differt. I. de Lib. Eccles. Graec. editi fuerunt, quos tamen diverse alicubi legit, ut pro εὐεπιμβόλοις, εὐεπιτρόχοις· pro Λεόντιον, Ἰωάννην· pro εὐθυμίας, εὐθηλίας· pro ἐσπυδασμένον, ἐσπυδασμένοις· pro συντόνοις, συντόνως· pro καλλιγραφήσαντα, καλλιεργήσαντα. Praeterea apud Allatium sunt versus XXI. quum e contra in Codice XII. tantum legantur. Quod vero Ἰωάννην pro Λεόντιον legat, ipse vel Leontium hos versiculos ab Ioanne concinnatos, mutato nomine, sibi usurpavisse, vel e contra id Ioannem ipsum molitum esse crediderim. Huius certe Leontii non meminit clariss. Bern. Montefalconius Palaeogr. Graec. in Catalogo Calligraphorum. In fine Codicis numerus est νς'. LVI. quem ad illius distinctionem adpositum arbitramur.

Codex Graecus membran. Ms. in fol. minori Seculi X. perspicue & eleganter exaratus, cuius meminit Cl. Gorius in Epist. ad Blanchinium relata in Evang. Quadr. Blanchin. P. II. Vol. II. p. 573. Constat foliis 266. cuius specimen damus Tab. III. N. III. & IV.

ΤΙΝΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ.

EXPOSITIO QVORVMDAM SS. VIRORVM SANCTAE SCRIPTVRAE.

Scilicet

Theodoreti Quaestiones in aliquos Libros Octateuchi, in IV. Regum, & II Paralipomenon, adiunctis nonnullis aliorum Patrum fragmentis.

COD. XIX. QVod dolendum maxime, talis est initio Codicis mutilatio, ut integrae in Genesim, Exodum, ac Leviticum Quaestiones desiderentur, Numerorum nonnullae item desint, aliae mirifice sint perturbatae, Deuteronomii praeter ultimam, quae est XLVI. & partem praecedentis, nullae aliae supersint, Regum vero Primi fine, Secundi initio careant. Reliquae tandem sunt integrae, eodemque ordine dispositae, quem in Theodoreti Operum edit. Parif. A. MDCXLII. Tom. I. fol. obtinere comperimus. Sed adcurate Codicem ipsum, utpote non contemnendae antiquitatis, perpendamus.

I. pag. 1. Index Quaestionum in Numeros initio, ac fine mutilus occurrit; a decimatertia enim incipiens in trigesima septima desinit. Hunc pag. 2. Quaestiones ipsae consequuntur, item mutilae. Incipiunt enim a primis verbis solutionis quintae Quaestionis: Ἐπειδὴ πᾶσαν τῦ Λευὶ τὴν φυλὴν ταῖς θείαις ἀφιέρωσε λειτυργίαις, κ. λ. quae habentur in cit. edit. p. 142.[1] & progrediuntur usque ad totam octavam, quam pag. 3. excipit vigesima quarta, quae ita habet: Τίνος χάριν κατασκόπυς ἀποςαλλῆναι προσέταξεν ὁ Θεός; Ex intermediis quum desint omnino nona, decima, & undecimae potior pars; reliquae, nimirum a verbis undecimae τεκνία μου, ὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις ὗ μορφωθῇ Χριςὸς ἐν ὑμῖν, κ. λ. usque ad vigesimae secundae verba ἀλλ' ἡ τῶν Βασιλειῶν ἱςορία βασίλισσαν Σαβᾶ προσηγόρευσε ταύτην inclusive, in cit. edit. a pag. 147. ad p. 153. eo quod Codex male fuerit compactus, sunt postpositae, sequunturque Quaestionem trigesimam quintam. Deest iterum vigesimae secundae pars reliqua, & tota vigesima tertia, una cum trigesima sexta usque ad finem Libri.

II. Pag. 15. incipit a verbis .... γειλε· πρόσοικος γὰρ ἦν ὗτος τῆς θαλάττης, ἔχων ἀπὸ νότυ τὴν Γαλιλαίαν, κ. λ. quae sunt paullo ante finem Quaestionis XLV. in Deuteronomium, & incidunt in extrema pag. 192. cit. edit. cui succedit XLVI. & ultima huius Libri, quae des. κ̀ ἀκῦσαι ἃ ἀκύετε, καὶ ὐκ ἤκυσαν. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὸ Δευτερονόμιον κεφαλαίων. *Finis Capitum in Deuteronomium.* Ex quo nemo non videt, quanta sit hoc in loco Codicis mutilatio, ac defectus.

III. pag. ead. *b.* Sequuntur Quaestiones XX. in Iesum filium Nave, quarum praecedit index, & quaedam veluti praefatio, cuius initium: Καὶ ἐγένετο μετὰ τὴν τελευτὴν, κ. λ. Finis: καὶ βιαςαὶ ἁρπάζυσιν αὐτήν. Primae Quaestionis Καὶ πῶς ἁρμόττει τῷ κυρίῳ ἡμῶν, κ. λ. solutio inc. Ἀκούομεν τοῦ ἀποςόλου λέγοντος, κ. λ. Vigesima des. ὀκτωκαιδεκαετεῖ χρόνῳ περιώρισε τὴν δουλείαν. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὸ βιβλίον Ἰησῦ τῦ Ναυῆ ζητημάτων. *Finis Quaestionum in Librum Iesu Nave.* In cit. editione a pag. 194. ad 208.

IV. pag. 29. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς τὺς Κριτὰς ζητημάτων. *Initium Capitum Quaestionum in Iudices,* sive Index Quaestionum XXVIII. quarum prima pag. 30. *b.* est: Διατί Κριταὶ τὸ βιβλίον ὠνόμαςαι; *Quare Liber Iudicum appellatus est?* Solutio inc. Ὥσπερ τῶν Βασιλειῶν ἡ βίβλος, κ. λ. Vltima des. πόρον εὗρον ἐν ἀπόροις, κ̀ τὴν ἁρπαγὴν ἐπενόησαν. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὺς Κριτὰς ζητημάτων. *Finis Quaestionum in Iudices.* Ibid. a pag. 208. ad. 224.

V. pag. 44. *b.* Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς τὴν Ῥὺθ ζητημάτων. *Initium Capitum Quaestionum in librum Ruth.* Sunt II. quarum primae Τί δήποτε τὸ κατὰ τὴν Ῥοὺθ συνεγράφη διήγημα; *Cur scripta est de Ruth historia?* solutio inc. Πρῶτον μὲν διὰ τὸν δεσπότην Χριςὸν, κ. λ. Altera des. ἐκεῖθεν γὰρ ἤνθησε τῆς οἰκουμένης ἡ σωτηρία. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὴν Ῥὺθ ζητημάτων. *Finis Quaestionum in Ruth.* Ibid. a pag. 224. ad 228.

VI. p. 49. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς τὰς

(1) Vide quae in recensione Cod. VIII. huius Plutei adnotavimus supra pag. 113. N. XVI.

τὰς Βασιλείας ζητημάτων. Βασιλειῶν πρώτη. *Initium Capitum Quaestionum in Regna. Regnorum Liber primus*, cuius numerantur Quaestiones LXV. Indicem sequitur Prologus, cuius initium: Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες, κ. λ. Finis: ὡς τὰ παρὰ τῶν προτέρων παραλειφθέντα διδάσκουσαν. Primae Quaestionis inscriptae, Σαμουὴλ ἱερεὺς ἦν, ἢ Λευΐτης; *Samuel fuitne Sacerdos, an Levita?* solutio inc. Τριῶν ὁ Λευῒ γεγένηται παίδων πατὴρ, κ. λ. Sed ex istis LXV. Quaestionibus, undecim tantum solutiones occurrunt; reliquae omnes una cum primis XXIII. secundi Regum ob maximum Codicis defectum inter pag. 62. & 63. exciderunt. Itaque Libri primi finem, & secundi initium nullum habemus. Quaestionis autem XXIV. Libri secundi, quae inscribitur, Πῶς τοῦ Ἀδρααζὰρ τὴν πανωλεθρίαν εἰρηκὼς, κ. λ. solutio inc. Τῦ Ἀδρααζὰρ ἧτταν εἶπε, σφαγὴν οὐκ εἶπε, κ. λ. LI. & ultima Quaestio est: Τί ἐςι πόλις Δαβίδ; *Quid est civitas David?* cuius solutio des. τεσσαράκοντα δὲ βασιλεύων ἐξήνυσεν ἔτη. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὴν δευτέραν τῶν Βασιλειῶν ζητημάτων. *Finis Quaestionum in secundum Librum Regnorum*. Ibid. a pag. 229. ad 299. Heic animadvertendum est, postremas sex huius secundi Libri Quaestiones in edit. citata in tertium Librum reiici, ac propterea ad calcem Quaestionis XLV. in qua absolvitur editio libri secundi, hanc ab eodem Codicis scriptore notulam fuisse adiectam p. 82. *b*. Ἐν τῷ Ἑξαπλῷ, ϗ τοῖς ἀκριβεςέροις τῶν ἀντιγράφων ἡ μὲν δευτέρα τῶν Βασιλειῶν πληροῦται ἐν τῇ κατὰ τὴν θραῦσιν τῦ λαῦ διηγήσει, ϗ ἐν τῇ τῆς ἅλω τῦ Ὀρνᾶ διαπράσει· ἡ δὲ τρίτη τῶν Βασιλειῶν ἄρχεται ἔκ τε τῆς κατὰ τὴν Ἀβισὰγ Σωμανῖτιν ἱςορίας, καὶ ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀδωνίαν, ϗ τὴν αὐτῦ τυραννίδα. Διόδωρος δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν συνάπτει ϗ ταῦτα ἕως τῆς τῦ Δαβὶδ τελευτῆς.

VII. p. 85. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς τὴν τρίτην τῶν Βασιλειῶν ζητημάτων. *Initium Capitum Quaestionum in tertium Regnorum*. Sunt LXIII. quarum prima in Codice, in editione vero septima, inscribitur: Νεμεσῶσι τῷ Σολομῶντι τινὲς, ὡς ἀποκτείναντι τὸν ἀδελφόν. *Quidam reprehendunt Salomonem, quod fratrem suum occiderit*. Solutio inc. Διάφοροι τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι, κ. λ. Vltima des. τῦτο δὲ ἦν κεχρωσμένον τῷ αἵματι. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὴν τρίτην τῶν Βασιλειῶν ζητημάτων. *Finis Quaestionum in tertium Regnorum*. Ibid. a pag. 299. ad 335.

VIII. p. 121. Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τῶν εἰς τὴν τετάρτην τῶν Βασιλειῶν ζητημάτων. *Initium Capitum Quaestionum in quartum Regnorum*. Sunt LVII. quamvis, ipsarum si tam Indicem, quam tractationem spectes, LVI. numerentur; in illo enim vigesimae titulus omittitur, in hac vero adest, sed iterum decimonono numero designatur. Prima igitur pag. 123. *b*. est: Πῶς νοητέον τὸ, ἠθέτησε Μωὰβ ἐν Ἰσραήλ; *Quomodo intelligendum est illud, Violavit foedus Moab in Israel?* Solutio inc. Δασμὸν ἔφερον οἱ Μωαβῖται τῷ Ἀχαὰβ, κ. λ. Vltima des. πάλιν αὐτὸν ἐλευθερίας ἠξίωσεν. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὴν τετάρτην τῶν Βασιλειῶν ζητημάτων. *Finis Quaestionum in quartum Regnorum*. Ibid. a pag. 335. ad 361.

IX. p. 147. Εἰς τὴν πρώτην τῶν Παραλειπομένων. *In primum Paralipomenon*. Argumentum inc. Τῆς βίβλου τῶν Παραλειπομένων τὴν ὑπόθεσιν ἡ προσηγορία δηλοῖ. Des. ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρήκαμεν. Quaestio unica est: Πῶς ὁ Δαβὶδ οὐκ ὢν ἱερεὺς ἐφοὺδ ἠμπίσχετο; κ. λ. *Quomodo David, quum sacerdos non esset, induebatur ephod? &c.* Solutio inc. Πολλάκις εἰρήκαμεν, ὅτι τὸ ἐφοὺδ ἐπένδυμα ὁ Ἀκύλας εἶπεν, κ. λ. Des. ϗ Γὰδ ὁ ὁρῶν βίβλους εἶχον συγγεγραμμένας. In fine: Τέλος τῆς πρώτης τῶν Παραλειπομένων. *Finis primi Paralipomenon*. Ibid. a pag. 362. ad 371.

X. pag. 155. Εἰς τὴν δευτέραν τῶν Παραλειπομένων. *In secundum Paralipomenon*. Argumentum inc. Ἡ δευτέρα βίβλος διδάσκει, κ. λ. Des. Γωὴλ προσηγόρευτο[1]. Quaestionis unicae, Πῶς νοητέον τὸ, οὐκ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τῦ λαοῦ, κ. λ. *Quomodo est intelligendum illud, Non audivit rex populum &c.* solutio inc. Οἱ τῆς θείας κηδεμονίας ἀπολαύοντες, κ. λ. Des. καὶ τῆς ἐπανόδου τῶν αἰχμαλώτων. In fine: Τέλος τῶν εἰς τὰ ἄπορα τῆς γραφῆς ζητημάτων Θεοδωρήτου. *Finis Theodoreti Quaestionum in loca dubia Scripturae*. Ibid. a pag 372. ad 392.

Sed quoniam Theodoreti Quaestionibus interseruntur identidem aliorum sanctorum Patrum ἀποσπάσματα, iuvat ipsorum nomina in medium proferre, simulque loca adnotare, quibus explicandis eorumdem scholia adferuntur. Ac primo quidem p. 3 *b*. post Quaestionem XXVII. Numerorum, occurrit Acacii fragmentum ad illa verba: Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ἵλεως αὐτοῖς εἰμι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, κ. λ. cuius initium: Ἐπείρασάν με, φησι, τῦτο δέκατον. Πρῶτον μὲν ἰδόντες τοὺς Αἰγυπτίους ςρατοπεδεύσαντας ὀπίσω αὐτῶν. Finis: ὧν ϗ τὴν γῆν κληρονομεῖν ἔμελλον. Eiusdem aliud excerptum habetur pag. 52. *b*. ad primi Regnorum Libri Quaestionem primam.

Aquilae fragmenta occurrunt quatuor, primum ad VII. eiusdem Libri Quaestionem pertinens, brevissimum, ita habet: Καὶ ἐπιβλέψει ἀντίζηλον κατοικητήριον. Alterum p. 58. ad VIII. Quaestionem, item brevissimum, est: Καὶ λύχνος τῦ Θεοῦ πρὶν σβεσθῆναι. Tertium p. 61. *b*. ad X. Quaestionem, Καὶ ἐπλήξεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἕδραις. Quartum pag. 95. ad Quaestionem XIX. Libri III. in edit. XXIV. cui nomen etiam Θεοδοτίωνος adiungitur, inc. Καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν, κ. λ. Des. ϗ περιεπήλισεν αὐτὸ χρυσίῳ ἀποκλείςῳ.

Cyrilli item quatuor; quorum duo p. 7. *b*. Quaestioni XXXV. Numerorum subiiciuntur. Primum inc. Πυῤῥὰ δὲ ἡ δάμαλις. Des. σημεῖον γὰρ αἵματος ἡ πυῤῥότης. Alterum longiusculum inc. Τὸ μὲν κέδρινον ξύλον τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν ὑποφαίνει. Des. ἕτοιμος δὲ εἰς μολυσμοὺς, ϗ πρὸς τὸ πᾶν ὅ, τι οὖν .... mutilum est. Alia duo pag. 14. ad Quaestio-

(1) In edit. προσηγορεύετο;

nem XXI. eiusdem Libri pertinent, eorumque primum sex circiter versuum, cuius inscriptio est *εἰς τὴν Ἔξοδον*, *in Exodum*, inc. *Ἐπιτηρητέον ὅτι τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα*, *κ. λ.* Alterum quatuor versuum, inc. *Φασὶ τούτους τοὺς δύο κατὰ ταπεινοφροσύνην*, *κ. λ.* Des. *διὸ καὶ ὁ Θεὸς ἐπανεπαύσατο ἐπ' αὐτοῖς*.

Diodori plurima; sed reliquis omissis, unum aut alterum in medium proferemus, quoniam, teste Fabricio Bibl. Graec. Lib. V. Cap. 24. Tom. VIII. p. 362. praecipuus eius labor fuit, quo plerosque sacrae Scripturae Libros interpretando imitatus est Eusebium Emesenum; atque ipse praeivit Ioanni Chrysostomo, ac Theodoro Mopsuesteno, ita ut sensum litteralem, & historiam potius, quam ex recepto apud plerosque alios illis temporibus more allegorias sectaretur. Primum igitur illud esto pag. 52. *b.* quo secundam Libri primi Regnorum Quaestionem ita interpretatur: *Οὐδαμῶς φαίνεται ὁ Θεὸς προςάξας δύο γυναῖκας ἔχειν, ἢ πρὸς ταῖς γυναιξὶ παλλακὰς, ἢ ὅλως κεχρῆσθαι παλλακαῖς, συγχωρεῖ δὲ τοῖς ἔχουσι τὸ τῆς πορνείας ἀναίσχυντον ἐκβάλλων. Ἐπειδὴ γὰρ οὔπω τότε τὸ κατὰ σάρκα ζῆν ἀπηγορεύετο, τουτέστι τὸ τρυφᾷν· τοὐναντίον δὲ καὶ συγκεχώρητο, ἵνα μὴ συνεχῶς μοσχοποιῶσι πόθῳ τοῦ μεθύειν, καὶ παίζειν, καὶ τὴν πολυθεΐαν μισήσωσι. Τοῦτο δὲ τῆς μὲν πλάνης μικροῦ πῶς ἀνῄρει τὰς προφάσεις, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὸν νοῦν ὑπέταττεν, ἠγρίου δὲ καὶ ἀνῆπτε τὰ τῆς ἐπιθυμίας ὑπεκκαύματα, τοῦ ἐλαφροτέρου κακοῦ, τουτέστι τῆς ἁμαρτίας τὸ χεῖρον, λέγω δὴ τὴν ἀσέβειαν ἀναιρῶν, οἷα παῖδας τῶν σωματικῶν ἡδέων ὅσα μέσα πῶς ἐστι, καὶ παρὰ τοὺς χρωμένους, ἢ εἰς κακὰ, ἢ εἰς καλὰ συγχωρεῖ μερικῶς ἀπολαύειν διαφυλάττων εἰς εὐσέβειαν, ἵνα ταύτην παιδευθεὶς ὁ νοῦς τὴν ἀρχὴν, καὶ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ συνήδεσθαι μελετήσας, ὕστερόν ποτε, καὶ τὴν ἐνοικήσασαν τῇ σαρκὶ διὰ τῆς τρυφῆς ἁμαρτίαν ἀποσείσηται τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ, ἥ φησιν ὁ ἀπόστολος.* Alterum pag. 77. Libri Regnorum secundi Quaestioni XLII. subiectum, ita habet: *Εἰ ἐν τῷ ζήλῳ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰούδα ὁ Σαοὺλ τοὺς Γαβαωνίτας ἀνελεῖν ἐπεχείρησε, μεθ' ὧν συνθήκας ἐποιήσατο Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, καὶ διὰ τοῦτο ἑπτὰ τοῦ Σαοὺλ ἀνῃρέθησαν οἱ ἀπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ γεγεννημένοι, τίνος ἕνεκεν οὐχ αἱ φυλαὶ εἰσιν ἐν αἰτίαις, ἀλλ' οἱ μηδὲν ἠδικηκότες δίκην δεδώκασι; τοῦτο γὰρ ἄδικον, πλὴν εἰ μή τις εἴποι Σαοὺλ βασιλέα ὄντα δυνατῶς ἔχειν ἀντιστῆναι τοῖς Ἰσραηλίταις, καὶ τῇ φυλῇ Ἰούδα, καὶ μὴ λῦσαι τὰς συνθήκας τῶν πατέρων τὰς πρὸς τοὺς Γαβαωνίτας. Ἐγὼ δὲ προσθείμην ἂν τούτοις τὸ, τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν εἶναι τὸ γένος τοῦ Σαοὺλ ἀναλωθῆναι ἅπαν, ὅσον ὑπωπτεύετό ποτε ἀντιποιεῖσθαι τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος, διά τε τοῦτο ἐπαναστήσεσθαι τῷ Δαβὶδ, καὶ τοῖς τούτου παισίν· τὸ δὲ ἐξηλίασαν αὐτοὺς οἱ Γαβαωνῖται ἐναντίον κυρίου ἐν τῷ ὄρει, ἀντὶ τοῦ τοὺς ἀναιρεθέντας οὐκ ἔθαψαν, ἀλλ' εἴασαν ὑπὸ τὸν ἥλιον κεῖσθαι, καὶ ἐξελύθησαν, φησὶ, καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς Δὰν υἱὸς Ἰωὰ τῶν ἀπογόνων τῶν γιγάντων· πάντως που βούλεται λέγειν, ὅτι τοὺς ὑπὸ τὸν ἥλιον τεθέντας λαβὼν ὁ γίγας ἀνείλετο, ἐκλελυμένους ἤδη ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς φλογός.* Alia praeterea eiusdem occurrunt excerpta pag. 39. 54. *b.* 55. *b.* 56. 57. *b.* 58. *b.* 61. *b.* 69. *b.* omnia fere ad Regnorum Libros pertinentia.

Isidori unum, pag. 43. *b.* ad calcem XXVII. Iudicum Quaestionis positum, & est eius Epistola LXXXII. cuius initium; *Οἱ τὴν πορνείαν Βενιαμὶν ἀναβάντες, κ. λ.* Finis: *λαμπρὰν τὴν νίκην εἰργάσαντο.*

Septuaginta interpretum, tria, eaque brevissima in Libros Regnorum, pag. nimirum 58. 100. & 145. quorum priori nomen etiam Theodotionis adiungitur.

Symmachi duo, alterum pag. 61. *b.* alterum pag. 145. *b.* item in Libros Regnorum.

Theodori demum quatuor, pag. 56. 57. *b.* 58. 61. *b.* Quaestionibus primi Regnorum sextae, septimae, ac decimae subiecta.

His adcedunt quoque nonnulla eiusdem scriptoris scholia, ita tamen cum ipso Theodoreti contextu coniuncta, ut ab ipso, nisi mens advertatur, non ita facile discerni possint. Exemplo sit, quod XXXVI. Quaestionem (in edit. XLI.) Libri tertii Regnorum consequitur, ubi haec ait: *Ἐν τῷ Ἑξαπλῷ, καὶ τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων, καὶ μετὰ τὴν βασιλείαν, καὶ μετὰ τὴν κατασκευὴν τῶν δαμάλεων κεῖται ἡ κατὰ παιδίου ἀπόφασις.* Initio vero sequentis hoc aliud adiungitur: *Ἰστέον, ὅτι τὰ περὶ Σαμαίου τοῦ Ἐλαμίτου ἔν τισι μὲν τῶν ἁπλῶν ἀντιγράφων κεῖται, ἐν τῷ Ἑξαπλῷ δὲ οὐ φέρεται.*

XI. pag. 173. Insignis huius Codicis quasi Corollarium est, *Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου, καὶ εὐαγγελιστοῦ τοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου πρόλογος.* *Andreae Archiepiscopi Caesareae Cappadociae in Apocalypsin sancti Apostoli & Evangelistae Ioannis Theologi prologus.* Post inscriptionem, *Τῷ κυρίῳ μου ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ*, *Domino meo fratri & comministro*, inc. *Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπὸ πολλῶν*, *κ. λ.* Des. pag. 174. *b.* *μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας.* In margine huius postremae paginae, item ab eodem scriptore Codicis haec notula fuit adiecta: *Σημειῶσαι, ὅτι καὶ ἐν τῇ λθ' ἑορταστικῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐν τοῖς κανονιζομένοις βιβλίοις συνηρίθμηται ἡ Ἀποκάλυψις.* *Notandum, quod in XXXIX. Festali Epistola S. Athanasii, inter Canonicos libros adnumeratur Apocalypsis.* Ceterum Andream Caesareae Cappadocum Archiepiscopum, de quo multa Caveus, Oudinus, & Fabricius proferunt, seculo post Christum IX. vixisse ferunt. Primus eius Commentarium in Apocalypsim sancti Ioannis, Latine tantum vulgavit Theodorus Peltanus S. I. Ingolstadii A. MDLXXIV. in 4. mox etiam prodiit G. L. in Bibliotheca Veterum Patrum Paris. A. MDCLIV. pag. 1529. & in Lugdunensi T. V. p. 590.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol,

fol. minori Sec. XI. initio & fine mutilus. Constat fol. 174.

ΜΑΝΟΥΗΛΟΥΣ ΕΡΓΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

MANVELIS CHRYSOLORAE OPERA VARIA.

Scilicet

Manuelis Chrysolorae Epistolae IV. Gregorii Theologi Orationes III. & alia.

COD. XX. I. pag. 1. EXhibetur Τȣ̃ Χρυσολωρᾶ σύγκρισις παλαιᾶς, καὶ νέας Ῥώμης. *Manuelis Chrysolorae comparatio antiquae & novae Romae*, per Epistolam, quum Romae esset, ad Ioannem Palaeologum, Graecorum Imperatorem, missam instituta; quod quidem sub Bonifacio IX. Pontifice contigisse, Petrus Lambecius Commentar. de Biblioth. Vindob. Lib. VI. p. 276. animadvertit. Digna vero tanto viro comparatio! quamvis enim notas illas Vrbis laudes proferat, tamen mirifica, qua pollet, orationis elegantia ac copia efficit, ut antiquissimis rebus quaedam quasi novitas, admiratio cognitis ac fere detritis accedat. Itaque illud facile consequitur, hodiernam Vrbem veteri, non tam novorum operum accessione, quam religione loci praeferendam videri. Sed pressius Codicem perpendamus. Incipit igitur comparatio: Ἄριϛε βασιλεῦ, ἃ μὲν ἔδει διὰ πολλῶν πρὸς τὸ σὸν κράτος ἀνενεγκεῖν, ἐν ἄλλοις γέγραφα. Des. τὰ νῦν δὲ ἀνάσχȣ μȣ τῆς πολυλογίας, βασιλεῦ. Hanc Epistolam Holstenius alteri Geographici Syntagmatis parti inserere constituerat, Petro Lambecio teste loc. cit. Lib. I. pag. 114. qui eamdem Graece, & Latine, una cum aliis duabus, iisque brevioribus eiusdem argumenti ad Ioannem, & Demetrium Chrysoloras Epistolis, in Parisiensi Georgii Codini Excerptorum de Antiquit. Constantinopoleos edit. A. MDCLV. fol. in medium protulit. Recusae fuerunt etiam inter Byzantinae Historiae Scriptores editionis Venetae Tom. XVIII. p. 81. Latine hanc ipsam Romae, & Constantinopoleos comparationem Franciscum Aleardum Veronensem A. MCCCCLXIV. convertisse Mabillonius testatur Musaei Ital. Tom. I. p. 98. Vid. plura de Chrysolora apud Christian. Frid. Boernerum in Libro de Doctis Hominibus Graecis, Lipsiae MDCCL. 8. pag. 1. seqq.

II. pag. 19. *b*. Sequitur altera eiusdem Epistola, Romae itidem scripta, cum hoc titulo: Μανȣὴλ Χρυσολωρᾶς Ἰωάννῃ Χρυσολωρᾷ χαίρειν. *Manuel Chrysoloras Ioanni Chrysolorae*[1] *bene valere*. Inc. Ἐμοί τε ἡδίων ἔμελλεν ἡ Ῥώμη φαίνεσθαι. Des. ἐκδέχομαι δὲ καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῶν ἤδη διὰ πολλῶν. Ὑγίαινε. Exstat & haec inter Byzant. Hist. script. Tom. cit. p. 97.

III. pag. 21. Tertia eiusdem Epistola ita est inscripta: Μανȣὴλ Χρυσολωρᾶς Δημητρίῳ Χρυσολωρᾷ ἀνδρῶν ἀρίϛῳ, καὶ περιφανεϛάτῳ χαίρειν. *Manuel Chrysoloras Demetrio Chrysolorae*[2], *omnium optimo, ac ornatissimo bene valere*. Inc. Ἆρα δύνασαι πιϛεῦσαι περὶ ἐμοῦ. Des. μᾶλλον θαυμάζειν τε, καὶ περιπλείονος ποιεῖσθαι. Ὑγίαινε. In hac Epistola, Romae itidem data, se multum vetustis statuis delectari significat. Edita est l. c. p. 98.

IV. pag. 23. Epistola Themistoclis ad Chrysippum, quem proposita cornicis fabula, alienas plumas amittentis, cohortatur, ut corporis, & opum studium ad meliorem sui partem, animum videlicet excolendum, transferat. Inc. Ἐπειδὴ σωφροσύνης παρὰ τῷ μύθῳ τετίμηται. Des. θνητὰ καὶ πρὸς ὀλίγον ἐϛὶν ἡμετέρα Longe recentius Commentum hanc esse Epistolam sub nomine Themistoclis ad Chrysippum, quadragesimam inter Epp. Theophylacti Simocattae, iam animadvertit Fabricius Biblioth Graec. Lib. II. Cap. 10. Tom I. p. 430.

V. pag ead. *b*. Hanc excipit exiguum quoddam fragmentum hoc praefixo titulo: Φιλομαθέϛατον ζῶον, *Discendi cupidissimum animal*. In quo quidam Nicius, Hermagori filius, elephantis docilitate proposita, illius exemplo, ut ad bonam frugem se recipiat commonetur. Inc. Φησὶ τὸν ἐλέφαντα. Des. τῇ σῇ γὰρ κακίᾳ τὰς ἐκείνȣ ἀρετὰς καθυβρίζεις.

VI. pag. 24. Quarta tandem occurrit Manuelis Chrysolorae Epistola, cui titulus: Πρὸς Πάλλαντα ἐπὶ τῷ θανάτῳ τȣ̃ ἰδίȣ ἀδελφοῦ Μανȣὴλ παραμυθητικὸς. *Ad Pallantem de morte sui fratris, Manuelis consolatoria*[3]. Quae quidem Epistola docta, diserta, elegans, atque ex intimis philosophiae adytis deducta est; & quoad nobis multa adhibita diligentia innotuerit, inedita adhuc in Bibliothecae pluteis delitescit. Eam ideo totam in vulgus dare constitueramus, sed quum nimis prolixa sit, nihilque ad historiam amplificandam conferat, mutato consilio eius

(1) Quam Franc. Philelphus sibi matrimonio iunxit Theodoram Chrysolorinam, eam non Manuelis nostri, ut bene multi, de quibus vide Boernerum l. c. p. 19 Iovii fide in elogio Philelphi p. 30. perperam tradiderunt, sed huius Ioannis Chrysolorae, Manuelis adfinis, filiam fuisse patet. Ipse enim Philelphus Epp. Lib. XI Ep. LII. p. 82. & Lib. XXXVII. Ep. II. p. 261. *b* socerum suum Ioannem Chrysoloram, equitem auratum, & eruditissimum virum appellat. Se autem in ipsius domum Constantinopoli fuisse receptum, Graecarum litterarum doctrina ab ipso eruditum, cum filia eius Theodora matrimonium inivisse, eamdemque anno circiter MCCCCXXVII. sexdecim tunc annos natam, in Italiam secum deduxisse fatetur Epp. Lib. I. Ep. II. & IV. p. 1.

(2) Praeter Ioannem, de quo iam diximus, Demetrium quoque Chrysoloram, qui in aula Manuelis Imp. summa floruit auctoritate, adfinitate coniunctum habuit Manuel Chrysoloras. Vid. Rob. Gerium in Appendice ad Guil. Cave Hist. Lit. p 519. seqq. Fabricium Biblioth. Graec. Tom X. p. 394. Hodium de Graecis Illustribus linguae Graecae Instauratoribus Lib I Cap II. p. 54.

(3) Pallas Strozza, Onuphrii filius, Manuelem in Graecis litteris audiverat. Vide quae ex Vita eiusdem Strozzae a Vespasiano Florentino conscripta iam protulimus Specim. Litterat. Florent. Tom. I. pag. 71. seq.

tantum initium ſpeciminis loco proferimus [1].

Μανουὴλ Χρυσολωρᾶς Πάλλαντι Ὀνοφρίου, τὸ συμβεβηκὸς γενναίως φέρειν.

Ἐπεὶ ὁ πᾶς βίος ἡμῶν ἐν ἡδονῇ καὶ λύπῃ διαστείνεται, ϗ οὐκ ἔστι σχεδὸν οὐδένα καιρὸν εὑρεῖν, ἐν ᾧ μὴ χαίρομεν, ἢ ἀλγοῦμεν· ϗ γὰρ καὶ τὸ ἐλπίζειν, ἢ φοβεῖσθαι κατὰ τὸν χρόνον μόνον ἐκείνων διαφέρει φιλούντων, ἂν ἀληθῶς εἴη, ϗ τὸ ἓν εἶναι βουλομένων, ἀλλήλοις συνήδεσθαι, ϗ συλλυπεῖσθαι. Ἔτι δὲ, ἐπεὶ τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν, ἢ λυπεῖσθαι φιλίαν ποιεῖ, ἀνάγκη τοῦτο δήπου ϗ παρέπεσθαι ἐκείνῃ. Τὸ μὲν οὖν ἐν πᾶσι, καὶ τοῖς σμικροτάτοις ἁπλῶς τοῦτο γίνεσθαι, ἡ βραχύτης, ϗ ἡ διαφορὰ τῶν αἰσθήσεων παραιρεῖται· ὅπερ ϗ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σώματος, κατὰ διαφόρους τόπους γινομένης ἀμυδρᾶς ἀνίας, ἢ ἡδονῆς συμβαίνει. Ἐν δὲ τοῖς μείζοσι, καὶ κυριωτέροις, ὥσπερ ἐν ἐκείνῳ, ἀδύνατον μὴ συνδιατίθεσθαι τοὺς κατὰ φιλίαν ἡνωμένους.

Δυοῖν τοίνυν, ὡς εἶπον, ἡδονῆς ϗ λύπης κοινωνίας, ὥσπέρ τινων ἀναγκαίων γνωρισμάτων τῇ φιλίᾳ παρεπομένων, ἔτι ϗ τοῦτο θεωροῦμεν· ὅτι τῆς μὲν σώφρονος ἡδονῆς οὐκ ἀνάγκη μόνον παρούσης τοῖς φίλοις συναπολαύειν, ἀλλὰ καὶ συμπράττειν δίκαιον, ὅπως ἐκείνοις παραμένοι· ϗ μὴ παροῦσαν δὲ, ὅπως αὐτοῖς ἐγγένηται, προνοεῖσθαι. Τῆς λύπης δὲ ἐκείνοις κοινωνοῦντας παρεῖσθαι δίκαιον, αὐτούς τε ϗ ἡμᾶς ταύτης κατὰ τὸ δυνατὸν λύειν. Ἀλλὰ τὸ μὲν συνήδεσθαι, ἢ συλλυπεῖσθαι ϗ συναλγεῖν, αἰσθομένοις μόνον τοῦ ἡδέος, ἢ ἀνιαροῦ, ἀναγκαίως ϗ αὐτομάτως ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν φύσιν συμπαθείας γίνεται, ϗ διὰ τοῦτο παντὸς ἂν εἴη. Τὸ δ' ἑαυτὸν, ἢ ἄλλους παραμυθεῖσθαι, τοῦτο ἤδη λόγου ϗ λογισμῶν οὐ μετρίων δεῖται· μάλιστα ὅταν μηδὲ τὰ τῆς συμφορᾶς μέτρια τύχῃ.

Ἐγὼ τοίνυν κατὰ τοὺς τῶν φιλούντων νόμους συγχαίρων σοι πρότερον τοῦ τοιοῦτον ἀδελφὸν ἔχειν, καὶ ταύτην τὴν ὠφέλειαν καὶ ἡδονὴν εὐχόμενός σοι τηρεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, νῦν ἀκούσας αὐτὸν τεθνάναι, εὐθὺς μὲν ὑπὸ τῆς ἀκοῆς πληγεὶς, ἔπαθον κἂν τούτῳ τὸ τῶν φίλων ϗ οἰκείων, εἰς ὀλοφυρμοὺς ϗ δάκρυα παραχρῆμα ἐξηνέχθην. Ἔπειτα λογιζόμενος περὶ τῆς συμφορᾶς, οὐκ ἀφαίρεσιν ἀνίας τὸν λογισμὸν εὕρισκον, ἀλλὰ προσθήκην. Εἰσῄει γάρ με, οὐ τὸ σὸν μόνον, ἀλλὰ ϗ τὸ τῶν γονέων πάθος, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀναγκάζομαι φιλεῖν, οὐ δι' αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ σέ. Ἐνεθυμούμην οὖν, τίνα μὲν ἐκείνους ψυχὴν ἔχειν εἰκὸς, τίνα δέ σε, τοὺς μὲν τοιοῦτον υἱὸν, σὲ δὲ ἀδελφὸν τοιοῦτον ἀποβαλόντας· καὶ σὲ δὲ ἐνεθυμούμην, οὐ διὰ τὸν τετελευτηκότα μόνον ἀλγεῖν μέλλοντα, ἀλλὰ ϗ διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῶν γεννησαμένων λύπην. Ἔτι δὲ πρὸς τοῦτο ἐλογιζόμην, ἐκείνου μὲν κάλλος καὶ νεότητα ϗ ἀρετὴν, τούτων δὲ πολιὰν ἤδη ϗ γῆρας ϗ φιλοστοργίαν, ϗ τὸ ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν, σοί τε κἀκείνῳ πρότερον αὐτοὺς ὁρμοῦντας, νῦν ἐπὶ σοὶ μόνῳ σαλεύειν· ὥς τε μὴ μόνον ἐπ' ἐκείνῳ κόπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ σοὶ τοῦ λοιποῦ τρέμειν· ταῦτα δέ σε αὖθις ὁρῶντα, ἀνιᾶσθαι· ὥς τέ σοι πολλαχόθεν τὸ πένθος, ϗ τὴν κατήφειαν ἐγείρεσθαι, κ. λ.

VII. p. 48. *Gregorii Theologi Oratio prima de Pace, ſive ad Monachos reconciliandos poſt ſilentium Sermo*. Haec quidem inſcriptio, & auctoris nomen initio deeſt, unde nec nos Graece adtulimus: ſed tamen ita eſſe inſcribendum docent verba fini ſubiecta: Τέλος τοῦ εἰρηνικοῦ πρώτου λόγου ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν μοναζόντων, μετὰ τὴν σιωπὴν, ὑπὸ παρουσίᾳ τοῦ πατρός. Inc. Λύει μου τὴν γλῶτταν ἡ προθυμία. Deſ. ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ἡμῶν τῆς πάντα νοῦν ὑπερεχούσης, ἐν Χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, κ. λ.

VIII. pag. 60. Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὴν σύμβασιν, ἣν μετὰ τὴν στάσιν ἐποιησάμεθα οἱ ὀρθόδοξοι, εἰρηνικὸς δεύτερος. Δογματικὸς περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. *Eiuſdem Gregorii Theologi in conſenſum, quem poſt ſeditionem inivimus orthodoxi, alter Sermo de Pace. Dogmaticus de Sancta Trinitate*. Inc. Θερμὸς ὁ ζῆλος, πρᾶον τὸ πνεῦμα. Deſ. νῦν τε ϗ ὕστερον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, κ. λ.

IX. pag. 67. Εἰρηνικὸς τρίτος, λεχθεὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τῇ γενομένῃ τῷ λαῷ φιλονεικίᾳ ἐπὶ ἐπισκόπων τινῶν διαλεχθέντων πρὸς ἀλλήλους. *Tertius de Pace Sermo, habitus Conſtantinopoli ſuper contentione populi ob Epiſcopos quoſdam inter ſe diſputantes*. Inc. Εἰρήνη φίλη τὸ γλυκὺ πρᾶγμα ϗ ὄνομα. Deſ. νῦν τε ϗ ἐν ἡμέρᾳ ἀνταποδόσεως, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, κ. λ. Vid. Operum Gregorii Theologi Tom. I. p. 190. 205. & 213.

Codex Graecus chartaceus Ms. in 4. Sec. XV. Conſtat foliis ſcriptis 76.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΑ.

EVANGELIA.

PEricopas continet Evangelicas, Dominicis, & Feſtis diebus, prout in Eccleſia Graeca cantari ſolent, adcommodatas, cum muſicis notis interlinearibus, & adcentibus, quos vix neceſſe fuerit addere, niſi illorum amplecti ſententiam velimus, qui ipſos dicunt ad ſyllabas non quidem cantandas, nec tamen ſimpliciter legendas, ſed modulandas, in primis in templis, & ſcholis adhibitos fuiſſe, ita ut illae maiores notae muſicae, hae minores ſint, quemadmodum & duplex eſt in Ebraico Codice adcentuum genus, ſive muſicarum notarum. Incipiunt, ut in aliis Codicibus obſervavimus, ab Evangelio Ioannis, cui praefixus titulus cynnabari ſcriptus, & aureo circumdatus ornamento, ita habet: Τῇ ἁγίᾳ ϗ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. *Sancta & magna Dominica Paſchatis Evangelium ſecundum Ioannem*. Primae Lectio- COD. XXI.

(1) Quamplures eiuſdem Chryſolorae Epiſtolas, ad illuſtres viros datas, exſtare Mss. in celeberrimis Italiae bibliothecis teſtatur Boernerus l. c. p. 22. (cui tamen ignota fuit haec, ad Strozzam exarata) ac praecipue n Vindobonenſi (Vid. Dan. Neſſelii Catalog. Biblioth. Caeſ. P. IV. p. 131.) in Lugduno-Batava ex Bonaventurae Vulcanii Legato (Vid. Catalog. Biblioth. Lugd. Batav. p. 344. 345. 349.) & alibi, ut ex Biblioth. Biblioth. Montefalconii eruitur Tom. I. p. 200. 235 266. &c. Nic. Comnenus Papadopolus in Hiſtoria Gymnaſii Patavini p. 163. mentionem facit Epiſtolarum Chryſolorae a Michaele Margunio editarum Anno MDLXXX. at quum neque heic, neque alibi, ac praecipue in Romanis bibliothecis, litteris ad amicos datis, reperire ipſas potuerimus, an haec ad Pallantem Strozzam inter eas adnumeretur, prorſus ignoramus.

ctionis initium: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, κ. λ. Vbi animadvertendum est initio huius Evangelii cum in hoc, tum in II. & XXXI. huius Plutei Codd. legi, κὴ χωρὶς αὐτῦ ἐγένετο ὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Ex hoc Evangelista lectiones desumuntur singulis legendae feriis, atque Dominicis, a Paschate ad Pentecosten occurrentibus, tribus tantum diebus exceptis, nempe feria tertia post Pascha, Dominica tertia, ac die Ascensionis, quibus aliunde Evangelicae lectiones suppeditantur. Haec prima Evangelicarum pericoparum pars clauditur unica Matthaei lectione, feria secunda post Pentecosten recitanda, cuius ultima verba sunt: ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

II. pag. 59. Secunda Evangeliorum pars ex Matthaeo tota desumitur, titulumque eodem, ac superior charactere & ornatu praesefert: Σαββάτῳ α' μετὰ τὴν Πεντηκοςὴν, εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. *Sabbato primo post Pentecosten, Evangelium secundum Matthaeum*. Et ex hoc Evangelista tres ac triginta pericopae adferuntur, septem ac decem totidem sabbatis, sexdecim vero totidem Dominicis post Pentecosten numeratis legendae. Prima igitur inc. Εἶπεν ὁ κύριος, τῷ αἰτῦντί σε δίδυ, κ. λ. Vltima desi. ἐν ᾗ ὁ ὑιὸς τῦ ἀνθρώπυ ἔρχεται.

III. pag. 88. Sequitur tertia pars pericoparum, quas Lucas Evangelista suppeditat, eodem ordine, quo superiores Matthaei, dispositas, sabbatis nimirum, ac Dominicis tantum adcommodatas. Harum prima, addito titulo, Σάββατον πρῶτον, εὐαγγέλιον κατὰ Λυκᾶν, *Sabbatum primum*, *Evangelium secundum Lucam*, inc. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς Καπερναὺμ, κ. λ. numeranturque triginta quinque, quibus in fine quatuor ex Matthaeo subnectuntur, prima pro Dominica XVII. quam vocant τῆς Χαναναίας, altera pro Dominica τῆς ἀποκρέυ, reliquae duae pro sabbato ac Dominica τῆς τυροφάγυ recitandae, quarum postrema, huic tertiae sectioni finem imponens, des. ἐκεῖ ἔςαι καὶ ἡ καρδία ὑμῶν.

IV. pag. 123. Quarta denique Evangelicarum lectionum pars a Marco initium sumit, eique titulus praeponitur: Σαββάτῳ α' τῶν νηςειῶν, κὴ μνήμη τῦ ἁγίυ μάρτυρος Θεοδώρυ, εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον. *Sabbato primo Ieiuniorum, & commemoratio sancti martyris Theodori, Evangelium secundum Marcum*. Novem sunt huius Evangelistae pericopae, quarum prima inc. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπορεύετο ὁ Ἰησῦς τοῖς σάββασι, κ. λ. Nona, quae Dominicae quintae τῶν νηςειῶν destinatur, desinit: κὴ δῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Huic succedit Ioannes, Evangelia sabbati τῦ Λαζάρυ, ac Dominicae τῶν βαΐων suppeditans. Tum maioris hebdomadae feria secunda, tertia, quarta, & quinta suas ex Matthaeo pericopas desumunt, quibus duo τῦ νιπτῆρος ἀναγνώσματα ex Ioanne adiiciuntur. Haec duodecim quae vocantur τῶν ἁγίων παθῶν (nimirum Dominicae passionis) Evangelia excipiunt, quinque ex Ioanne, quatuor ex Matthaeo, duo ex Marco, unum ex Luca depromtum. Et haec quidem omnia ad feriam quintam maioris hebdomadae pertinent. Succedit ἁγία παρασκευὴ, eique Evangelicae lectiones quinque adsignantur. Primas quatuor, totidem diei horis respondentes, nimirum Primae, Tertiae, Sextae, & Nonae, quatuor praebent Evangelistae, quintam Vesperis destinatam Matthaeus, idem, qui binas etiam sabbato sancto suppeditans, quartae sectionis ita finem facit: κὴ ἰδῦ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τῦ αἰῶνος, ἀμήν.

V. pag. 207. Sequitur Menologium, nempe Evangelia diebus aliis Deo, Sanctisque eius dicatis adcommodata, a prima Septembris ad ultimam Augusti ordine disposita. Prima lectio, cui titulus praeit, Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α'. ἀρχὴ τῆς ἰνδίκτυ, κὴ μνήμη Συμεὼν τῦ Στυλίτυ, εὐαγγέλιον κατὰ Λυκᾶν, *Mense Septembri, die prima, initium indictionis, & commemoratio sancti Simeonis Stylitae, Evangelium secundum Lucam*, inc. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς τὴν Ναζαρὲτ, κ. λ. Vltima hunc titulum habet: Μηνὶ τῷ αὐτῷ λα'. εἰς τὰ καταθέσια τῆς τιμίας ζώνης εὐαγγέλιον κατὰ Λυκᾶν. *Mense eodem* (nempe Augusto) *die XXXI. in depositionem venerabilis cinguli* (sanctissimae Deiparae) *Evangelium secundum Lucam*. Quae quidem lectio quum eadem sit, atque illa, quae legitur octava Septembris εἰς τὸν ὄρθρον, heic omittitur. Huius enim Codicis solemne est, ubi eadem lectio rursus occurrat, brevitatis gratia locum, ubi primum adlata fuerit, tantummodo designare. Vltima erant Evangelia ἑωθινὰ ἀναςάσιμα undecim, ea nimirum, quae ex universa historia Resurrectionis Christi, prout a quatuor simul Evangelistis comprehenditur, deducta, singula singulis Dominicae diei matutinis legebantur. Sed ex hisce duo tantum supersunt, & tertii initium, reliqua mutilato fortasse Codice perierunt. Character uncialis, oblongus & erectus est, nec reclinatus ad dexteram, vel sinistram; cuius quidem specimen damus Tab. III. n. VIII. Accentus & spiritus plerumque negliguntur, quia non diu erat, quum in vulgaribus libris adscribi coeperant.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. maiori quadrato Sec. IX. eleganter, & uncialibus litteris scriptus. Constat fol. 261.

ET-

ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

EVSEBIVS CONTRA PHILOSTRATVM.

Titulus ita reddendus,

Eusebii contra Hieroclem ; Anonymi super scribendis Epistolis, Orationibus, & Versibus Institutio, Philosophiae Compendium, & in plurimos Platonis Libros Scholia ; Herodiani de Orationis partium declinatione; Phrynichi Atticarum vocum, & nominum delectus.

COD. XXII. I. pag. 1. Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸς τὰ ὑπὸ Φιλοστράτου εἰς Ἀπολλώνιον, διὰ τὴν Ἱεροκλεῖ παραληφθεῖσαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Χριστοῦ σύγκρισιν. Φύλλα κζʹ. *Eusebii Pamphili contra Hieroclem, qui ex Philostrati historia comparavit Apollonium Salvatori nostro Iesu Christo. Folia XXVII.* Inc. Ἆρ' οὖν ὦ φιλότης κἀκεῖνά σε τοῦ συγγραφέως ἄξιον ἀποθαυμάζειν, ἃ τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρί τε καὶ διδασκάλῳ τὸν Τυανέα συγκρίνων παρεδοξολόγει; κ. λ. Des. pag. 27. ὡς ταυτὶ τὰ συγγράμματα σοφιστικῶς ἀναπεπλασμένα, οὐ πλέον ἐλέγχου, καὶ δεινῆς τ' ἀνδρὸς διαβολῆς, παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἔμοιγε δοκεῖ περιέχειν. In fine: Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ παρόντος λόγου. *Finis cum Deo praesentis Sermonis.* Exstat in calce Librorum X. de Demonstratione Evangelica edit. Colon. An. MDCLXXXVIII. fol. pag. 511. Hierocles auctor Diocletiano fuit, ut Christianos insectaretur, teste Lactantio de Mortibus persecutorum Cap. XVI. & Libros duos ad Christianos scripsit, ut idem refert Lib. V. Cap. II. Institut. Divinar. quibus praeter alia ostendere voluit, Apollonium vel paria cum Christo, vel etiam maiora fecisse. Primus hunc Eusebii Librum Graece edidit Aldus cum Philostrati Apollonio Ven. MDII. fol. Latine vertit Zenobius Acciaiolus Flor. Ordinis Praedicatorum, praemissa ad Laur. Medicem Epistola, quae versio saepius iunctim inter Eusebii Opera, ad calcem Librorum de Evangelica Praeparatione recusa est. Pagina vero sequenti Codicis scriba haec de se memoriae prodidit: Μετεγράφησαν τὰ παρόντα γράμματα, ἤγουν τοῦ Εὐσεβίου Παμφίλου, ἐν Οὐενετίαις διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρητός, χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ πρώτῳ, μηνὸς Ἀπριλλίου εἰκοστῇ τρίτῃ. *Praesentia scripta, nempe Eusebii Pamphili, Venetiis manu mea presbyteri Ioannis Rosi Cretensis exarata sunt Anno* MCCCCXCI. *mensis Aprilis die XXIII.*

II. p. 29. Anonymi Εἰσαγωγὴ περὶ λογογραφίας, ἐπιστολῶν, καὶ στίχων, ἧς ἡ ἀρχή. *Institutio super Orationibus, Epistolis, & Versibus scribendis, cuius initium.* Inc. Πᾶσα λόγου ἰδέα ἐκ μερῶν ὀκτὼ σύγκειται, ἐννοίας, λέξεως, σχήματος, μεθόδου, κώλων, συνθήκης, ἀναπαύσεως, καὶ ῥυθμοῦ, περὶ ὧν μάθοις μὲν ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν βιβλίῳ τοῦ Ἑρμογένους πλατύτερον, καὶ σοφώτερον. Ἐνταῦθα δὲ διδάξομέν σε, ὡς ἐγχωρεῖ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν σήμερον τιμωμένην λογογραφίαν.

Περὶ ἐννοίας.

Ἔννοια τοίνυν ἐστὶ παντὸς λόγου, ἢ ῥητορικὴ, ἢ φιλόσοφος· ῥητορικὴν λέγω τὴν σαφῆ, καὶ κοινήν, φιλόσοφον τὴν σοφὴν, καὶ ἐπηρμένην, καὶ περὶ Θεοῦ, καὶ θείων πραγμάτων, καὶ φυσικῶν, ἤτοι περὶ στοιχείων, ἢ ζῳδίων, ἢ φυτῶν, καὶ τῶν τοιούτων διαλαμβάνουσαν. Ῥητορικὴ οὖν ἐστιν ἡ τοιαύτη. Πρόκειται ἡμῖν τοῖς Βυζαντίοις ζήτησις τυχὸν, εἰ δεῖ ὀρύξαι τὸν ἰσθμὸν τὸν ἐν τῷ δεῖνι τόπῳ τῶν Ῥωμαίων; Ὁ συμβουλεύων οὖν, ὅτι δεῖ ὀρύξαι, προσθεὶς πάντως τοῦτο κεφάλαιον, Περὶ τῆς ὀρύξεως· κεφάλαια γὰρ τὰ τοιαῦτα ἡ ῥητορικὴ ὀνομάζει, εἴποι οὕτως, κ. λ. Des. Ὅτι δεῖ ἀμφότερα ἔχειν τὴν περίοδον, καὶ εὔρυθμον εἶναι, καὶ συνεστραμμένην, καὶ πρὸς τούτοις τὸ σύντομον. In fine: Τέλος τῶν περὶ λογογραφίας εἰσαγωγῶν, καὶ ἐπιστολῶν, καὶ στίχων. *Finis institutionum super scribendis Orationibus, Epistolis, & Versibus.* Auctor valde recens est; memorat enim praeter alios plurimos Psellum. Byzantinum fuisse, ex ipsius verbis coniicias, quae initio Institutionis mox retulimus, πρόκειται ἡμῖν τοῖς Βυζαντίοις. Nihilominus doctus est, & nisi editus sit, quod me prorsus latet, publica dignum luce existimarem.

III. pag 51. Anonymi Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας. *Philosophiae compendium.* Inde alius statim titulus: Σύνοψις τῆς λογικῆς πραγματείας. *Synopsis dialecticae facultatis.* Inc. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων εἰς τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν συλλαβῶν εἰς τὰς λέξεις μετέρχονται, οὕτως οἱ τῆς φιλοσοφίας μετιόντες τὸ ὄργανον, πρὸ δὲ τῶν ἄλλων τὰς κατηγορίας παιδεύονται, ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τὸ περὶ ἑρμηνείας χωροῦσιν, ἀπὸ δὲ τοῦ περὶ ἑρμηνείας ἐπὶ τὰ σχήματα φέρονται. Οἱονεὶ γάρ τινα στοιχεῖα, αἱ δέκα κατηγορίαι εἰσὶν, ἁπλαῖ τινες οὖσαι φωναὶ καὶ διεζευγμέναι, καὶ μόνον καθ' ἑαυτὰς θεωρούμεναι, ἡ οὐσία, τὸ ποσὸν, τὸ ποιὸν, τὸ πρός τι, τὸ ποῦ, τὸ πότε, τὸ ποιεῖν, τὸ πάσχειν, τὸ κεῖσθαι, τὸ ἔχειν, καὶ τὰ ὑπ' αὐτά τε ὄντα, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὑποδιαιρούμενα, οἷον, τὸ σῶμα, τὸ ἀσώματον, τὸ ἔμψυχον, τὸ ἄψυχον, τὸ αἰσθητὸν, τὸ ἀναίσθητον, τὸ ζῶον, τὸ ζωόφυτον, τὸ λογικὸν, τὸ ἄλογον, τὸ θνητὸν, τὸ ἀθάνατον, ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἵππος, ὁ βοῦς, καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη. Ὅσα τε ὑπὸ τὴν οὐσίαν, καὶ ὅσα ὑπὸ τὰς λοιπὰς τῶν κατηγοριῶν ἀναφαίνεται, μυρία τε ὄντα τῷ πλήθει, εἰ καὶ μὴ ἄπειρα, ἀλλὰ δυσεξεύρετα· ταῦτα μὲν γὰρ ἁπλαῖ φωναὶ, καὶ φάσεις, καὶ ὅροι προσαγορεύονται, ἁπλαῖ μὲν φωναὶ, ὡς ἀσύνθετοι, φάσεις δὲ, ὡς μέρη καταφάσεων, ἢ ἀποφάσεων, κ. λ. Des. pag. 83. Καὶ ἐπὶ πάντων τῶν μετὰ τοὺς συλλογιστικοὺς κειμένων συλλογισμῶν, ὡσαύτως εὑρήσεις, καὶ τοῦτ' ἐστὶ τῶν περὶ τὸ διαλεκτικῶν εἶδος ἐνησκημένων τὸ ἰσχυρότατον, ἐρώτησις, ἀντίφασις, καὶ τοῦ ἐναντίου τῆς ἀποκρίσεως ἐκ τῶν λημμάτων κατασκευή. Εἰ μὲν τὸ ἀληθὲς τῆς ἀντιφάσεως μέρος, ὁ ἀποκρινόμενος εἴποι, δι' ἑτέρων ἀπατηλῶν λημμάτων εἰς ψεῦδος ἐκφέ-

φέρουσα· εἰ δὲ τὸ ψεῦδες, αὐτόθεν διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς διελέγχουσα.

Ἐπίλογος.

Ἔχεις ἰδοὺ καὶ πάντα τὰ εἴδη τῶν συλλογισμῶν, ἀληθῶν τε καὶ ψευδωνύμων ἐν ἐπιτόμῳ, τὰ ὑποδείγματα εἰς συνασπισμὸν μὲν τοῦ ἀληθοῦς, ἀποτροπὴν δὲ τοῦ ψεύδους.

Ἔχεις τῆς ὅλης ὀργανικῆς φιλοσοφίας εὐσύνοπτον τὴν παράδοσιν. Ἐντεῦθεν καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίαι, καὶ μελῶν συμφωνίαι, καὶ μεγεθῶν συμμετρίαι, καὶ αἱ τῶν πλανητῶν ἀστέρων ἐφήμεροι διαστάσεις, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐπιστῆμαι πᾶσαι, καὶ τεχνικαὶ μεθοδεῖαι ἀπλανῶς τοῖς παλαιοῖς ἐξευρέθησαν. Ὡς οἵ γε τῆς περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὡρμημένοι χωρὶς, πεῖραν μὲν πάντως, ἐπιστήμην δ᾽ οὐ πάντως σὺν ἀσφαλείᾳ ἐκτήσαντο· ὁ δὲ ἐντεῦθεν ὡς ἔκ τινος ὁρμητηρίου κινούμενος, ὀλίγον μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα οὐρανῷ στηρίζει κάρην, καὶ ἐπὶ χθονὶ ποδὸς ἴχνος, ταῖς τῶν λογισμῶν ἀπλανέσι, καὶ ἀναγκαστικαῖς ὁδηγίαις οἷός τε ὤν, ἐπιστήμην πᾶσαν, καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν, Τέλος. Huic quoque Libro idem Ioannes Rosus subscriptionem sequentem subiecit: Μετεγράφησαν καὶ ταῦτα διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου ἱερέως Ῥώσου τοῦ Κρητὸς, χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ πρώτῳ, μηνὸς Ἰουλλίου ἑβδόμῃ, Οὐενετίαις. *Exarata sunt etiam haec manu mea Ioannis sacerdotis Rosi Cretensis, anno* MCCCCXCI. *mensis Iulii die* VII. *Venetiis*.

IV. pag. 85. Sequuntur item Anonymi Scholia in XXXII. Platonis Libros, quorum titulos eodem ordine, quo iacent in Codice, in medium duximus proferendos. Ii vero sunt, α΄. Τὰ εἰς Εὐθύφρονα σχόλαια. β΄. Τὰ εἰς τὴν Σωκράτους ἀπολογίαν. γ΄. Τὰ εἰς τὸν Κρίτωνα. δ΄. Τὰ εἰς τὸν Φαίδωνα. His autem scholiis quum praemittatur Epigramma, sententiam Panaetii Stoici, quem frustra dialogum hunc Platoni abiudicasse tradunt, eleganter refellens, illud heic subiicere placuit, licet adsit in Anthologia Cap. XLIV. p. 94.

Εἴ με Πλάτων οὐ γράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνες.
Σωκρατικῶν ὀάρων ἄνθεα πάντα φέρω.
Ἀλλὰ νόθον μ᾽ ἐτέλεσσε Παναίτιος· ὅς ῥ᾽ ἐτέλεσσε
Καὶ ψυχὴν θνητὴν, κἀμὲ νόθον τελέσαι.

Si me Plato non scripsit, duo fuerunt Platones,
Socraticorum colloquiorum flores omnes fero.
Sed corruptum me fecit Panaetius. Qui sane ausus est
Et animam mortalem, & me nothum facere.

ε΄. Τὰ εἰς τὸν Κρατύλον. ς΄. Τὰ εἰς τὸν Θεαίτητον. ζ΄. Τὰ εἰς τὸν Σοφιστήν. η΄. Τὰ εἰς τὸν Πολιτικόν. θ΄. Τὰ εἰς τὸν Παρμενίδην. ι΄. Τὰ εἰς τὸν Φίληβον. ια΄. Τὰ εἰς τὸ Συμπόσιον. ιβ΄. Τὰ εἰς τὸν Φαῖδρον. ιγ΄. Τὰ εἰς τὸν α΄ Ἀλκιβιάδην. ιδ΄. Τὰ εἰς τὸν β΄ Ἀλκιβιάδην. ιε΄. Τὰ εἰς τὸν Ἵππαρχον. ις΄. Τὰ εἰς τοὺς Ἐραστάς. ιζ΄. Τὰ εἰς τὸν Θεάγη. ιη΄. Τὰ εἰς τὸν Χαρμίδην. ιθ΄. Τὰ εἰς τὸν Λάχητα. κ΄. Τὰ εἰς τὸν Λύσιν. κα΄. Τὰ εἰς τὸν Εὐθύδημον. κβ΄. Τὰ εἰς τὸν Πρωταγόραν. κγ΄. Τὰ εἰς τὸν Γοργίαν. κδ΄. Τὰ εἰς τὸν Μένωνα. κε΄. Τὰ εἰς τὸν μείζονα Ἱππίαν. κς΄. Τὰ εἰς τὸν Ἐλάττονα. κζ΄. Τὰ εἰς τὸν Ἴωνα. κη΄. Τὰ εἰς τὸν Μενέξενον. κθ΄. Τὰ εἰς τὸν Κλειτοφῶντα. λ΄. Τὰ εἰς τὴν α΄ πολιτείαν. λα΄. Τὰ εἰς τὴν δευτέραν πολιτείαν. λβ΄. Τὰ εἰς τὴν τρίτην πολιτείαν.

Quis istorum scholiorum auctor sit, omnino ignoramus; quum nihil lucis adferat magnus Fabricius in Platone Biblioth. Graecae Lib. III. C. 3. Tom. II. p. 63. Olympiodorum Platonicum Damascio iuniorem tantum commemorat, cuius Commentarios in quosdam Platonis Dialogos Mss. exstare refert: alios tamen habet Bibliotheca Veneta. Quare non iniucundum erudito lectori fore putamus, primi saltem, & ultimi Capitis scholia speciminis loco proferre; omnia licet integra in nupera Platonis operum editione, quam Batavi parant, brevi in lucem proditura sint.

A΄. ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΘΥΦΡΟΝΑ.

α΄. Δίκη. Ἡ ὑπὲρ ἰδιωτικῶν ἀδικημάτων.
Γραφή. Ἡ ὑπὲρ δημοσίων.

β΄. Πιτθεύς. Δῆμος Αἰγηΐδος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ οὗτος.

γ΄. Ἀτεχνῶς. Παντελῶς, ἁπλῶς, ἢ καθάπερ ἰσχυρῶς, ἢ τελέως. Οἱ δὲ ἐν ἴσῳ τῷ ὄντι, καὶ ἀληθείᾳ. Οἱ δὲ δηλοῦντο παράπαν, καὶ καθόλου κατ᾽ ἀλήθειαν.

δ΄. Ἀφ᾽ ἑστίας. Ἐπὶ τῶν ἐν δυνάμει γινομένων, καὶ πρώτους ἀδικούντων τοὺς οἰκείους· ἐπεὶ ἔθος ἦν τῇ ἑστίᾳ πρώτῃ τῶν ἄλλων θεῶν θύειν· φέρεται δέ τις καὶ περὶ αὐτῆς μῦθος τοιοῦτος. Μετὰ γὰρ τὸ καταλυθῆναι τὴν τῶν Τιτάνων ἀρχὴν, φασὶ τὸν Δία τὴν βασιλείαν παραλαβόντα ἐπιτρέψαι τῇ ἑστίᾳ, λαβεῖν ὅ τι ἂν βούλοιτο· τὴν δὲ τὴν παρθενίαν αἰτήσασθαι καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἄλλως, Ἀφ᾽ ἑστίας. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων· ἔθος γὰρ ἦν τῇ ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι· ἢ ἀφ᾽ ἑστίας, ἤτοι ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων· ἑστία γὰρ ἡ οἰκία.

ε΄. Πελάτης. Πελάτης, ὁ ἀντιστροφῶν, καὶ ὑπηρετῶν, καὶ προσπελάζων ἀπὸ τοῦ πέλας, ἤτοι ἐγγὺς ἐκαλεῖτο, ὁ δι᾽ ἔνδειαν προσιὼν, μίσθιος δὲ ὁ ὑπηρετῶν.

ς΄. Ἐξηγητοῦ. Τοῦ τοὺς νόμους ἐξηγουμένου.

ζ΄. Αὐτοσχεδιάζοντα. Ἐκ τοῦ αὐτομάτου καὶ προχείρου λέγοντα χωρὶς αἰτίας.

VI. p. 265. In fine sequitur, quod in quibusdam Evangelistariis in principio apponitur, Ἐκλογάδιν (sic) τῶν δ' Εὐαγγελιστῶν διά τε τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ τέλους τὴν περικοπὴν ἑκάστου Εὐαγγελιστοῦ, ἅμα δὲ καὶ τὴν τῶν κεφαλαίων παρασημείωσιν ἀκριβῶς διαγορεύον· περιέχει δὲ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ ἁγίου πάσχα, τελειοῦν ἐν τῷ μηνολογίῳ. Ordo autem ipsorum sequens est: Evangelia primum Ioannis, exceptis tribus diebus, per septem hebdomadas a Paschate ad Pentecosten; deinde a feria secunda post Pentecosten, usque ad Dominicam nonam, Evangelia secundum Matthaeum; a Dominica nona ad decimam septimam Evangelia secundum Marcum in reliquis hebdomadae diebus, sabbatis, & Dominicis, Evangelia secundum Matthaeum; a Dominica prima novi anni, τοῦ νέου ἔτους, usque ad Dominicam τῆς τυροφαγίας, Evangelia secundum Lucam. Deinde Evangelia heinc einde excerpta a pervigiliis primae hebdomadis ieiuniorum usque ad Dominicam τῶν βαΐων, seu Palmarum, Evangelia magnae hebdomadis, Evangelia τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Εὐαγγέλια ἀναστάσιμα ἑωθινά, Ἀναγνώσματα εἰς διαφόρους ἡμέρας, εἰς ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ, εἰς ἀσωμάτους, εἰς προφήτας, εἰς ἀποστόλους, εἰς ἱερομάρτυρας, εἰς μάρτυρας, κ. λ. His omnibus succedit, nimirum p. 271. b. rubris litteris, Συναξάριν (sic) σὺν Θεῷ ἀρχόμενον ἀπὸ μηνὸς Σεπτεμβρίου μέχρι μηνὸς Αὐγούστου ὅλου. *Synaxarium cum Deo incipiens a mense Septembri usque ad totum mensem Augusti*. Nos vero quum bina iam integra Menologia protulerimus, ex Cod. XVIII. p. 130. & ex Cod. XXVII. pag. 154. huius tantummodo eos dies in fine Plutei adferemus, qui vel in ipsis reticentur, vel in hoc alterius Sancti nomen praeseferunt, adiectis etiam nonnullis, quae ex Codd. XIV. & XXIV. Menologiis item ab aliis diversa decerpsimus.

VII. pag. 277. Tandem diversa manu, & atramento legitur subscriptio quaedam multis in locis abrasa, cuius ea tantum vix eruere potuimus, quae sequuntur: Ἀνετέθη ἐν . . . . . . τὸ παρὸν τετραευάγγελον . . . . τῷ μηνὶ Μαΐῳ, τῇ η' ἰνδ. ἔτους . . . . χάριν μνήμης τῶν αὐτοῦ συγγενῶν, ὧν καὶ τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα. Μνήσθητι κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Νικήτα, καὶ ματρόνης αχ. . . . . ἀλεξίυ . . . . . καὶ ἀνάπαυσον αὐτούς. *Dicatus est . . . . . praesens quatuor Evangeliorum liber*

ber . . . . mense Maio, indictione VIII. anni . . . . . in memoriam eius cognatorum, quorum & nomina sunt haec. Memento Domine animae servi tui Nicetae & matronae . . . . . . Alexii , ... & dona eis requiem.

Deinde manu adhuc recentiori legitur; *Liber Monasterii S. Salvatoris de Septimo Ordinis Cystercienfis*, quod situm est in agro Florentino septimo circiter ab urbe lapide.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. minori Sec. XI. cuius picturae quaedam antiquissimae, quae Evangeliorum Matthaei, & Marci titulis ornamento erant, ab impia manu resciflae, una cum ipso Evangelico contextu in aversa pagina descripto miserrime exciderunt. Constat foliis 277.

Excerpta ex quorumdam huius Plutei Codicum Menologiis, in quibus, quum diversa aetate conscripta sint, aliquod a superius editis discrimen apparet.

Ex Menologio Cod. XXXIV.

Μὴν Σεπτέμβριος.

κε'. Τῆς ὁσίας Εὐφροσύνης, κ. λ.

Τῇ αὐτῇ τῦ ἁγίυ Σαβίνυ.

Μὴν Νοέμβριος.

ζ.' Τῶν ἁγίων λγ' μαρτύρων τῶν ἐν Μελιτηνῇ.

ια'. Τῶν ἁγίων μαρτύρων Μηνᾶ, ϗ τῶν σὺν αὐτῷ.

Μὴν Ι'αννουάριος.

κβ'. Τῦ ἁγίυ Τιμοθέυ, ȣ Α'ναςασίυ.

Μὴν Φεβρυάριος.

ιβ'. Τῦ ἁγίυ Μελετίυ, ϗ Πλυτ. (f. Πλυτάρχυ)

κα'. Τῦ ὁσίυ Τιμοθέυ, ϗ Εὐςαθίυ.

Μὴν Μάρτιος.

η'. Τῦ ὁσίυ Θεοφυλάκτυ Νικομηδείας.

Μὴν Α'πρίλλιος.

β'. Τῶν ἁγίων Α'μφία, ϗ Ε'δεσίας.

δ'. Τῶν ἁγίων Θεοδύλυ, ȣ Α'γαθόποδος.

ζ'. Τῦ ἁγίυ Ρ'υφίνυ διακόνυ.

η'. Τῶν ἁγίων ἀποςόλων Η'ρωδίωνος, ϗ τῶν σὺν αὐτῷ.

Μὴν Μάϊος.

β'. Τῦ ἁγίυ Α'θανασίυ, ϗ Κυρίλλυ.

θ'. Τῦ προφήτυ Η'σαΐυ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίυ μάρτυρος Χριςοφόρυ, ϗ τῦ ὁσίυ Α'ρσενίου ἀκολουθία μία.

ιδ'. Τῦ ἁγίυ κιδ. (f. ισιδ. nempe Ι'σιδώρυ,) ϗ Παχωμίυ.

Μὴν Ι'ύνιος.

γ'. Τῦ ἁγίυ μάρτυρος Λυκιλιανῦ.

ιδ'. Τῦ ἁγίυ προφήτυ Ε'λισσαίυ, ϗ Μεθοδίυ πατριάρχυ.

ιθ'. Τοῦ ἁγίυ Ζωσίμυ, ϗ ἀποςόλυ Τροφίμυ.

Μὴν Ι'ύλιος.

κα'. Τῦ ἁγίυ Συμεὼν τῦ διὰ Χριςὸν σαλῦ.

κς'. Τῦ ὁσίυ Ι'ωάννυ τῦ Παλαιολαυρίτυ.

Μὴν Αὔγυςος.

κα'. Τῦ ἁγίυ Λυκίυ, ϗ Βάσσης.

κς'. Τῶν ἁγίων μαρτύρων Α'δριανοῦ, καὶ Ναταλίας.

κη'. Τῦ ὁσίυ Μωϋσῆ τοῦ Αἰθίοπος.

Ex Menologio Cod. XIV.

Μὴν Σεπτέμβριος.

ς'. Τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαήλ.

Νοέμβριος.

δ'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς Ι'ωαννικίυ.

κβ'. Τῦ ἁγίυ ἀποςόλυ Φιλήμονος.

κε'. Τῶν ἁγίων μαρτύρων Κλήμεντος, καὶ Α'γαθαγγέλυ,

Δεκέμβριος.

ι'. Τῦ ἁγίυ μάρτυρος Μηνᾶ, ϗ τῶν σὺν αὐτῷ.

Ι'αννυάριος.

δ'. Τῶν ἁγίων ο' ἀποςόλων.

λ'. Τῶν τριῶν ἱεραρχῶν, Βασιλείυ, Γρηγορίυ, καὶ Χρυσοςόμυ.

Φεβρυάριος.

ς'. Τῦ ἁγίυ Βυκόλυ.

ιη'. Τῦ ἁγίυ μεγάλυ Θεοδώρυ τῦ Τύρωνος.

Μάρτιος.

κς'. Τῦ ἀρχαγγέλυ Γαβριήλ.

Μάϊος.

κε'. Η' τρίτη εὕρεσις τῆς κεφαλῆς τῦ Προδρόμυ.

Ι'ύνιος.

ιθ'. Τῦ ἁγίυ ἀποςόλυ Ι'ύδα.

Ι'ύλιος.

λα'. Τῦ ἁγίυ Εὐδοκίμυ.

Αὔγυςος.

κ'. Τῦ ἁγίυ προφήτυ Σαμυήλ.

Ex Menologio Cod. XXIV.

Μὴν Νοέμβριος.

δ'. Ι'ωαννικίυ.

Μὴν Δεκέμβριος.

ι'. Μάρτυρος Μηνᾶ.

Μὴν Ι'αννυάριος.

δ'. Α'ποςόλων ἑβδομήκοντα.

ιδ'. Πατέρων τῶν ἐν Σινᾷ.

Μὴν Μάρτιος.

κς'. Η' σύναξις τῦ ἀρχαγγέλυ.

Μὴν Μάϊος.

ιε'. Α'χιλλίυ.

κε'. Η' τρίτη εὕρεσις κεφαλῆς τῦ Προδρόμυ,

Μὴν Ι'ύνιος.

ιθ'. Α'ποςόλυ Ι'ύδα.

Μὴν Αὔγυςος.

ις'. Τῦ ἁγίυ μανδηλίυ.

Specimen Picturarum Cod. XXIII. Plut. VI. ex paginis 63. b. et 162. b.



BI-

PLVT. VI — *Specimen Catenae in Psalmos Cod. III. Sec. X.* — Tab. III. pag. 164.

ἀβ ἀλληλούϊα

I. μακαριότης μὲν ... ἀλλ' ... ταύτῃ ... ἁρμόζουσιν, εἰκότως ... μακάριος ... ὡς ... τότε

Textus eiusdem Cod. III.

II. + βίβλος ψαλμῶν ψαλμὸς πρῶτος +
Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη
ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· καὶ ἐν ὁδῷ
ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη· καὶ ἐπὶ καθέ
δρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν

Textus Cod. XVIII. Sec. X.

III.



Βίβλος γενέσεως ἰῦ χῦ υἱοῦ δαυίδ.
υἱοῦ ἀβραάμ. ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν
ἰσαάκ. ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰα
κώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰούδαν

IV. *Expositio in IV. Evang. eiusdem Cod. XVIII.*

Βίβλος γενέσεως ἐστί. τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος δαδ κατὰ σάρκα. διὸ καὶ ἐπὶ πάντων τὸ ἐγέννησε λέγεται. ἐπὶ δὲ χῦ γενέσεως, οὐχ ...

Exposition in Evang. Cod. V. Sec. XI.

V. Τίνος ἕνεκεν τῶν ἄλλων
εὐαγγελιστῶν ἀπὸ τῆς οἰκο
νομίας ἀρξαμένων. τοῦτο
μόνον ... μετὰ ταῦτα ...
... σάρξ ἐγένετο.
... παραδέξα
μεν. τὴν ... τὸν τόπον.

VI. *Evangeliarium Cod. XXXI. Sec. IX.*

ΕΝ ΑΡΧΗ ΗΝ Ο ΛΟ
ΓΟΣ+ΚΑΙ Ο ΛΟΓΟΣ
ΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΝ.
ΚΑΙ ΘΣ ΗΝ Ο ΛΟΓΟΣ+
ΟΥΤΟΣ ΗΝ ΕΝ ΑΡΧΗ
ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΝ+ΠΑΝ
ΤΑ ΔΙ ΑΥΤΟΥ ΕΓΕ
ΝΕΤΟ+ΚΑΙ ΧΩΡΙΣ

Gregor. Nyssenus Cod. XVII. Sec. XI.

VII. τοῦ ἐν ἁγίοις πρὸς ἡμῶν γρηγορίου ἐπισκόπου νύσσης ἐπιστολὴ πρὸς πέτρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.
Μόλις ἐπιτυχὼν ὀλίγης σχολῆς ... τοῦ σώματος θεραπείᾳ ... καὶ ... λόγους ...

Aliud Evangeliarium Cod. XXI. Sec. IX.


VIII. ΕΙΠΕΝ Ο ΚΣ+ΤΩ
ΑΙΤΟΥΝΤΙ ΣΕ
ΔΙΔΟΥ ΚΑΙ ΤΟΝ
ΘΕΛΟΝΤΑ ΑΠΟ ΣΟΥ
ΔΑΝΕΙΣΑΣΘΑΙ ΜΗ
ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΣ+

IV. Evangelia Cod. XXIII. Sec. XI.

IX.



Βίβλος γενέσεως ἰῦ χῦ υἱοῦ δαδ. υἱοῦ ἀβραάμ·
ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν ἰσαάκ. ἰσαὰκ δὲ ἐγέν
νησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰούδαν
καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἰούδας δὲ ἐγέννησε,
τὸν φαρὲς καὶ τὸν ζαρὰ ἐκ τῆς θάμαρ. φαρὲς δὲ ἐγέννησε



BIBLIOTHECAE
MEDICEO-LAVRENTIANAE CATALOGVS.
PLVTEVS VII.
CONTINENS GRAECOS CODICES MANVSCRIPTOS XXXV.

CODEX I.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ.

GREGORII EPISCOPI NYSSAE INTERPRETATIO INSCRIPTIONIS PSALMORVM.

Titulus ita corrigendus.

Gregorii Nysseni, Iustiniani Imperatoris, Anastasii Sinaitae, Basilii Seleuciensis, & Asterii Episcopi Amaseae Opera varia. Accedit Anonymi Disputatio adversus Iudaeos; quorum omnium Catalogum Latine, recens quaedam manus in prima pagina adscripsit.

COD. I. I. pag. 1.  Οὗ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίȣ ἐπισκόπου Νύσσης ἑρμηνεία ἐπίτομος εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν. *Sancti patris nostri Gregorii Episcopi Nysseni interpretatio brevis in inscriptionem Psalmorum*. Inc. Ἐδεξάμην σȣ τὸ ἐπίταγμα μετὰ προθυμίας πάσης, ὦ ἄνθρωπε τȣ̃ Θεȣ̃, κ. λ. quod est initium Prooemii ad amicum quemdam, quod in Codice ita cum ipso Opere coniungitur, ut inter ultima Prooemii verba, ἐντεῦθεν τῆς θεωρίας, & prima Tractatus, Τέλος τȣ̃ κατ᾽ ἀρετὴν βίȣ, κ. λ. ne virgula quidem intercedat. Des. ᾄσομαι, λέγει, τῇ δυνάμει σȣ, καὶ ἀγαλλιάσομαι τῷ πρωῒ τὸ ἔλεός σȣ. Exstat in eius Operum edit. Paris. Anni MDCXXXVIII. Tom. I. a pag. 257. ad p. 367. in duas partes distributa. In Codice vero nulla non modo Tractatus, sed ne Capitum quidem partitio apparet.

II. pag. 71. Τȣ̃ αὐτȣ̃ περὶ ψυχῆς ἀνθρώπου, ὁ λεγόμενος λόγος τὰ Μακρίνια. *Eiusdem de Hominis Anima dialogus, qui Macrinia inscribitur*. Inc. Ἐπειδὴ τȣ̃ ἀνθρωπίνȣ βίȣ πρὸς τὸν Θεὸν μετέϛη ὁ πολὺς ἐν ἁγίοις Βασίλειος, κ. λ. Des. ϗ τῇ εἰκόνι αὐτȣ̃ ἥ τίς ἐϛιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. In cit. edit. Tom. III. a pag. 181. ad pag. 260. ubi inscribitur: Περὶ ψυχῆς, ϗ ἀναϛάσεως. *De anima, & resurrectione*.

III. pag. 111. Διάλεξις κατὰ Ἰȣδαίων. *Disputatio adversus Iudaeos*. Inc. Ἐπιτηρήσωμεν, ἀδελφοὶ, τὰς Μωσαϊκὰς βίβλȣς, ϗ δείξωμεν ἐν αὐταῖς τῷ Ἰȣδαίῳ σαφῶς χρησμοδοτȣ̃ντα μὲν πάλαι τοῖς ἱεροῖς, ϗ θείοις ἀνδράσιν τὸν κύριον ἡμῶν, ϗ σωτῆρα Χριϛὸν, θεολογȣ́μενον δὲ, καὶ προαγορευόμενον δηλαδὴ καὶ Θεόν. Καὶ νȣ̃ν ἐν τῇ Γενέσει τῶν ὑπὸ τȣ̃ μεγάλȣ Μωσέως ἱϛορηθέντων, ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ ταῖς ἀμφοτέραις αὐτȣ̃ γυναιξὶν Λίᾳ, ϗ Ῥαχὴλ ὧδέ φησιν· [1] καὶ εἶπέν μοι ὁ ἄγγελος τȣ̃ Θεȣ̃ καθ᾽ ὕπνον· Ἰακώβ. Ἐγὼ δὲ εἶπα· τί ἐϛιν; Καὶ εἶπεν· ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σȣ, ϗ ἴδε τȣ̀ς τράγους, ϗ τȣ̀ς κριȣ̀ς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰς αἶγας διαλεύκȣς, ϗ ποικίλȣς, ϗ σποδοειδεῖς ῥαντȣ̀ς, κ. λ. Des. ἵνα μὴ τῇ προσδιωρισμένῃ τȣ́των ἀπαριθμήσει ληπτὸν ὡρισμένως ἐγκαταϛήσῃ τοῖς πᾶσι τȣ̃ παρόντος κόσμȣ τὸ τέλος, ὅπερ ἔοικεν ἀλυσιτελὲς, καὶ ἀσύμφορον. Et haec protulisse speciminis loco sufficiat, ut perquirere per se quisque possit huius spissi, ac docti operis auctorem, & ad quem illorum pertineat, quorum contra Iudaeos scripta deperdita clariss. Fabricius recenset Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. 8. Tom. VII. p. 96. ubi catalogum exhibet scriptorum, qui pro veritate Religionis Christianae calamum adripuerunt. Vide etiam eiusdem egregium opus, cui titulus „ *Delectus argumentorum, & syllabus scriptorum, qui adversus Atheos, veritatem religionis Christianae asseruerunt*. Hamburgi MDCCXXV. 4. Cap. II & III.

[1] Gen. Cap. XXXI. v. 11.

IV. pag. 269. Ἔδικτον τȣ̃ εὐσεβεϛάτȣ βασιλέως Ἰουϛινιανȣ̃ τὴν τῆς ὀρθῆς πίϛεως περιέχον ὁμο-

ὁμολογίαν, κ̀ ἀνασκευὴν τῶν μαχομένων αἱρέσεων τῇ καθολικῇ τῦ Θεῦ ἐκκλησίᾳ. *Edictum piissimi Imperatoris Iustiniani continens confessionem rectae Fidei, & eversionem haeresum pugnantium contra Catholicam Dei Ecclesiam.* Inc. Εἰδότες, ὡς ὐδὲν ὕτως θεραπεύει τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, ὡς τὸ ἓν, κ̀ τὸ αὐτὸ φρονεῖν, κ. λ. Des. κ̀ τῶν ὑπ' αὐτῦ ἀπατωμένων, ἣ ἀπαθησομένων τῷ μεγάλῳ Θεῷ, κ̀ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Graece & Latine legitur in Chronico Paschali, sive Alexandrino pag. 344. edit. Cangii, cum veteri versione, quam solam ediderat Crabbius, Surius, & Nicolinus. Dedit etiam, servato veteri Interprete, G. L. Leunclavius in Iure Graeco-Romano p. 521. In hac Confessione Iustinianus p. 293. adfert loca Cyrilli Alexandrini ex Epistola I. & II. ad Successum, ex Cap. XIII. Scholiorum, ex Commentariis in Leviticum, Gregorii Theologi ex Lib. I. de Filio ad Cledonium, & ex Lib. II. de Filio: tum Basilii ex IV. contra Eunomium, & Gregorii Nysseni ex IV. contra eumdem scripto. Laudat etiam Athanasii Librum, quo Dionysium Alexandrinum alienum fuisse ab Arii sententia ostendit: atque inter Historiae Ecclesiasticae scriptores cum Sozomeno, Socrate, & Theodoreto Hesychium reponit, ubi praeterea memorat, quae Augustinus ad Bonifacium de haereticis etiam post mortem anathemati subiiciendis memoriae tradidit.

V. pag. 286. *b.* Ἴσον ἐπιςολῆς ἀντιγραφείσης παρὰ τῦ εὐσεβεςάτυ, κ̀ χριςιανικωτάτυ βασιλέως Ἰυςινιανῦ πρός τινας γράψαντας, κ̀ ἐκδικήσαντας Θεόδωρον τὸν δυσσεβῆ, καὶ τὰ αὐτῦ πονηρὰ δόγματα, κ̀ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιςολὴν, κ̀ τὰ συγγράμματα Θεοδωρίτυ τὰ κατὰ τῆς ὀρθῆς πίςεως γεγραμμένα. *Exemplar Epistolae a piissimo, atque Christianissimo Imperatore Iustiniano perscriptae adversus nonnullos, impium Theodorum, atque iniqua eius dogmata, & Epistolam Ibae dictam, nec non Theodoriti libros contra Catholicam fidem, scriptis propugnantes.* Quae quidem Epistola, quum omnibus adhuc ignota, latuerit, plurimumque rei Ecclesiasticae promovendae conferat, nunc addita Latina versione, quam eleganter confecit clariss. Dominicanae Familiae Monachus Io. Dominicus Stratico, in lucem prodit,

Γράμματα ὑμῶν ἐδεξάμεθα, ἅπερ ἀναγνῶντες ἐθαυμάσαμεν ὑμᾶς μὴ ἐννοήσαντας τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν λέγοντος „ μάθετε ἀπ' ἐμῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ „ ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ὑπερηφανείας ἀρθέντας, ὡς πάντας τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐξουδενῶσαι, καὶ μόνυς ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκ πάντων δικαιῶσαι, καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς οὐδὲ τὸν τελώνην κατακρίνας ἐδικαιώθη· καὶ ἐνόσω ἠλπίζομεν ὑμᾶς ὅμοια τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσι φρονεῖν, ηὕρομεν παρελπίδας ἐκεῖνα ὑμᾶς ἐκδικοῦντας τὰ καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὀρθῇ πίςει ἐναντιούμενα, καὶ ὅμως τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικοῦντες, ἴσους ὑμᾶς αὐτοὺς εἶναι τοῖς ἀποςόλοις ὑπελάβετε λέγοντες, μὴ ὀφείλειν τινὰ ὡς ἀγροίκυς ὑμᾶς ὀνειδίζειν· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς ἀγροίκοις προσέταξεν κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ ἡμεῖς μὲν εἰ καὶ ἀγροίκυς, ὡς λέγεται, ὑμᾶς ἐκαλέσαμεν, διατοῦτο ὕτως εἴπομεν, ἐπειδὴ ἀγνοοῦντες τὴν ἐκκλησιαςικὴν τάξιν τε, καὶ παράδοσιν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίςιν, τοιαύτην ἀσέβειαν ἐκδικεῖται· τοὺς ἀποςόλους δὲ, οὓς ὑμεῖς ἀγροίκους καλεῖτε, ὁ Θεὸς ἐπελέξατο ἑαυτῷ, καὶ τοῦ ἰδίου πνεύματος, καὶ χάριτος, καὶ σοφίας ἐπλήρωσε, καὶ οὕτως αὐτὺς ἀπέςειλεν, ἵνα τὰ ἔθνη τὰ τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν ὁδηγήσωσιν· ὅθεν καὶ αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἀποςόλοις εἶπεν „ ὑμεῖς ἐςὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου „ φανεροὶ τοίνυν ἔςε, καθάπερ ὁ ἀπόςολος εἶπεν „ μὴ νοῦντες, μήτε ἃ λέγετε, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιῦσθε· „ ὅτι ἐτολμήσατε καὶ τοῖς ἀποςόλοις ἑαυτοὺς ἐξισῶσαι, καὶ τοὺς πατριάρχας καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς ἐνυβρίσαι· τοσοῦτον δὲ τὴν ἐκκλησιαςικὴν κατάςασιν οὐκ ἐφυλάξατε, ὅτι τὸ ἐν μη-

Litteras vestras accepimus, quas quum legeremus, vehementer mirati sumus, vos minime ad eam Dominicam institutionem advertentes animum, qua dictum est „ Discite a me quia mitis sum, & humilis corde „ in id fastigii esse sublatos, ut nihili faciendos universos Ecclesiae Dei Antistites iudicetis, vos autem solum prae ceteris iustitiam consequutos esse arbitremini; eius propterea Pharisaei similes, qui iustificatus non est, quod publicanum condemnasset iniquitatis. Quumque vos haud ab ceteris sacerdotibus dissimilia sapienter sentire speraremus, inopinato invenimus, dogmata a vobis cum Deo rectaque fide eius pugnantia sustineri, simulque eiusmodi impietatem omni conatu defendentes, id vobis praesidio sumere, quod Apostolis pares vos esse iactetis, neque fas esse, ut a quopiam imperitiae, atque ruditatis reprehendamini, propterea quod Deus etiam ipse rudibus, atque agrestibus hominibus mandaverit Evangelii sui praedicationem. Ac nos quidem, quum agrestes vos nominaremus, ea usi sumus loquendi ratione; propterea quod Ecclesiasticas regulas, atque traditiones negligentes, ipsiusque orthodoxae Fidei imperiti, eam impietatem propugnaretis. Apostolos namque, quos vobis agrestes appellare libuit, sibi praelegit Deus, spirituque suo, atque sapientia replevit, eaque ratione praeparatos misit, ut gentibus, quae ignorant Deum, duces essent ad semitam veritatis. Itaque Apostolis ipsis unice dictum est „ Vos estis lux mundi „ lucidi ergo estote, quemadmodum ipsis iterum subiectum est a Domino „ Nolite cogitare, neque quid loquamini, neque qua de re laturi sitis testimonium. „ Ausi autem estis vosmetipsos Apostolis comparare, omnesque sacerdotes iniuria lacessere non estis veriti, atque adeo a vobis neglectae sunt

Ec-

ἀενὶ χρόνῳ γενόμενον ὑπὸ χριστιανῶν ἐτολμήσατε ποιῆσαι. Πάντων γὰρ τῶν μακαριωτάτων πατριαρχῶν τὴν πρὸς ἀλλήλυς ἕνωσιν ἐχόντων, ὐδεὶς ἑαυτὸν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν, εἰ μὴ φανερῶς αἱρετικῇ μανίᾳ κατείχετο· ὅπερ ὑμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ποιεῖν ἐσπουδάσατε· ἀλλ᾽ εἰ καὶ τῦτο γέγονεν παρ᾽ ὑμῶν, ὅμως ἡμεῖς ὐ παυόμεθα πᾶν, ὅ, τι οὖν πρὸς ἐπανόρθωσιν ὑμετέραν καὶ ποιοῦντες, καὶ γράφοντες.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐγράψατε λέγοντες, διατοῦτο ἡμᾶς σπουδὴν ποιήσασθαι τὰ τρία ταῦτα κεφάλαια καταδικασθῆναι, τουτέστι Θεόδωρον μετὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων, καὶ τὴν λεγομένην Ἴβα ἐπιστολὴν, καὶ τὰ Θεοδωρίτου συγγράμματα, ἵνα τὸ θέλημα πληρωθῇ τῶν ἀπὸ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑαυτοὺς χωρισάντων, γινώσκετε, ὅτι ἡμεῖς οὐ δι᾽ ἐκείνυς ἐποιήσαμεν τῦτα, ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν τῶν προειρημένων κεφαλαίων, ἔπειτα δὲ, ὅτι τινὲς τὸ Νεστορίου ὄνομα σιωπᾶν προσποιούμενοι διὰ τῶν προειρημένων, αὐτὸν Νεστόριον, καὶ τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρυν, τὴν ἀσέβειαν τῶν κεφαλαίων τούτων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσάπτοντες. Διατοῦτο ἡμεῖς, εἰ καὶ φανερὰ ἦν ἡ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων ἀσέβεια, ὅμως ἠρωτήσαμεν τοὺς ἱερεῖς τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, τί περὶ τούτων φρονῦσιν· οἵ τινες δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία οὐδὲ ἔσχε ποτὲ, οὐδὲ ἔχει, κατεδίκασαν καὶ αὐτοὶ τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν, ἐξαρχῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων καταδεδικασμένην· οὐδὲ γὰρ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κεχωρισμένοι, περὶ τύτων τῶν κεφαλαίων λόγον τινὰ ποιῦνται, εἰδότες ὅτι ταῦτα οὐδεὶς δύναται χριστιανοῦ προσηγορίαν ἔχων ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ ὅρῳ ἐναντιοῦνται τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, τῷ περὶ τῆς πίστεως προενεχθέντι πρὸς κατάκρισιν Νεστορίου, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας. Οἱ γὰρ τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἐκκλησίας ἐναντιούμενοι δόγμασιν, ἐπιθυμοῦσιν μᾶλλον τὰ μνημονευθέντα ἀσεβῆ κεφάλαια ἐκδικεῖν τὴν ἁγίαν τῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ἵνα διὰ ταύτης τῆς προφάσεως τοὺς ἁπλουστέρους ἀπατήσωσι, καὶ τὸν χριστιανὸν λαὸν τῆς ἐκκλησίας χωρίσωσιν.

Ἐπειδὴ δὲ ἐγράψατε δύο, εἰ δεῖ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνην περιέχειν ἐπιστολὴν, ἓν μὲν, ὅτι ὀρθῶς, ὡς λέγεται, κατὰ Ἀπολιναρίου ἠγωνίσατο, ἕτερον δὲ, ὅτι κᾂν εἰ ἔδοξεν ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον διασύρειν, ὅμως τῦτον τὸν σπῖλον τῆς ὕβρεως ἐν τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἀνέτρεψε τέλει, καὶ διατοῦτο λέγεται, ὀφείλειν τὴν αὐτὴν ἀσεβῆ ἐπιστολὴν ὀρθόδοξον κρίνεσθαι, δῆλοι καθεστήκατε, ὅτι οὔτε τὸ ὕφος, οὔτε τὴν δύναμιν ἔγνωτε τῆς αὐτῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς· κατὰ Ἀπολιναρίυ γὰρ ὐδὲν περιέχει, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον Ἀπολιναριστὴν καλεῖ· καὶ οὐδὲ ἐν τῷ τέλει ἡ αὐτὴ ἀσεβὴς ἐπι-

Ecclesiasticas sanctiones, ut id moliri, per summam audaciam, institueritis, quod nulla umquam Christianae religionis aetate fieri a quopiam tentatum est. Beatissimis videlicet Patriarchis mutuam traditionem omni tempore inviolatam vicissim custodientibus, nemo umquam, nisi qui palam haeretica vesania captus esset, Ecclesiam schismate divisit, quod vos impraesentiarum, ut fieret, curavistis. Cui quidem malo quod patrare aggressi estis, ut ipsi medeamur, vehementi flagramus desiderio, qui nimirum opere, ac scriptis id unum contendimus, ut resipiscatis.

Iam vero quum in hanc sententiam scripseritis, a nobis diligenter curatum esse, ut tria haec Capitula, Theodorus scilicet cum scriptis suis, Epistola, quae Ibae dicitur, Theodoritique pariter scripta condemnarentur, hoc animo, ut voluntati nostrae fieret satis, quod incredibili cupiditate incenderemur, ut a Catholica separarentur Ecclesia: cognoscite, id minime a nobis eorum caussa factum fuisse, sed primo quidem, quod graviter commoti essemus eorum Capitulorum impietate, post autem, quia non defuerant, qui, suppresso Nestorii nomine, Nestorii tamen studentes partibus, erroneam eius fidem inducere niterentur, Ecclesiaeque tribuere non vererentur eorum Capitum impietatem. Quamquam igitur Capitulorum iniquitas manifeste pateret, tamen nihilo secius Ecclesiae Dei antistites in unum congregatos interrogavimus, quid de his decernerent esse sentiendum; qui quum perspicuo testimonio ostendere vellent eiusmodi errores, neque Ecclesiae probari, neque ullo umquam tempore probatos esse: eam impietatem initio a Sanctis Patribus praedamnatam suo omnes suffragio rursus proscripserunt. Qui porro ob trium Capitulorum defensionem ab Ecclesia divisi sunt, ii tacent omnino; plane namque intelligunt, minime posse haec ab eo, qui Christianus nominetur defendi: ceterum aperte Sanctae Chalcedonensi Synodo adversantur, quae Fidei doctrinam definivit in Nestorii, Eutychetis, errorumque ab ipsis invectorum condemnationem. Qui vero rectis Ecclesiae dogmatibus adversantur, omni contentione nituntur, ut praefata tria iniqua Capita, ceu ab Ecclesia Dei admissa sustineri iudicentur, ut hac videlicet ratione, simpliciores decipiant, populusque Christianus schismate dividatur.

Itaque quum duo potissimum [si omnia, quae in impiis illis litteris continentur, contrahantur in pauca] scripseritis: alterum nempe, recte inibi contra Apollinarium disputatum esse, alterum vero, Epistolae scriptorem, etsi videatur S. Cyrillum principio iniuria lacessere, hanc tamen irrogatae ab se iniuriae labem circa finem depulisse, quapropter operae pretium esse, ut impia ea Epistola Catholica esse iudicetur: hoc primum pro certo habetote, vos neque verborum contextum, neque sententiarum vim illius impiae Epistolae percepisse. Non enim adversus Apollinarium concludit, sed Sanctum Cyrillum ipsum Apollinaristis adnumerat, atque tantum

abest

ςολὴ ἀνέτρεψε τὰ κατὰ τῦ αὐτῦ ἐν ἁγίοις εἰρημένα Κυρίλλου· μᾶλλον μὲν οὖν τὰ χείρονα κατ᾽ αὐτῦ ἐν τοῖς τελευταίοις εἶπεν. Προϊόντες δὲ ὅμως καὶ πᾶσαν τὴν ἀσέβειαν τῆς λεγομένης Ι῎βα ἐπιςολῆς, καὶ τὴν ματαιότητα τῶν κεφαλαίων, ὧνπερ ἐπέμψατε, ἀποδείξωμεν. Πάντων γὰρ ἀναγνωσθέντων τῶν παρ᾽ ὑμῶν γεγραμμένων σφόδρα ἐλυπήθημεν, ὅτι εἰς τοιαύτην ἐνεπέσατε πλάνην, ἄνθρωποι ἐξ ἐκείνης ὄντες τῆς χώρας, ὅπου ἀεὶ πρὸ ὑμῶν ἡ ὀρθὴ πίςις ἀμώμητος ἐφυλάχθη. Ο῎θεν ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἶναι, καὶ πρὸς τὰ ῥηθέντα ὑμῶν κεφάλαια ἀντιγράψαι, καὶ παραινέσαι ὑμῖν ταύτης τῆς ἀσεβείας, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς ὑμῶν διδασκάλου ἀποςῆναι, τοῦ τὰ προειρημένα κεφάλαια συγγραψαμένου. Α᾽πατῆσαι γὰρ θέλων ὑμᾶς, ῥήματά τινα προήγαγεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ἅ τινα νοήσας κακῶς προσαρμῶσαι ῥήμασί τισι τῆς προειρημένης ἀσεβοῦς ἐπιςολῆς ἐπεχείρισεν· ὅπερ οἱ αἱρετικοὶ πάντες ποιοῦσι, ῥήματά τινα τῶν θείων γραφῶν παρερμηνεύοντες, καὶ πρὸς τὴν διεςραμμένην ἑαυτῶν μεταφέροντες ἔννοιαν· καὶ δοκεῖ ἡμῖν ὁ ἀσεβὴς ὑμῶν διδάσκαλος, ἢ μὴ ἀνεγνωκέναι τὴν ἀνώνυμον ἐκείνην ἐπιςολὴν, ἢ ἀνεγνωκέναι μὲν, κακούργως δὲ ῥήματά τινα ταύτης προαγαγεῖν, τὰ πλείονα δὲ καὶ χείρονα σιωπῆσαι. Λεγούσης γὰρ τῆς αὐτῆς ἐπιςολῆς περὶ τῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ τοῦ ἀσεβοῦς Νεςορίου, ὅτι ἑκάτεροι κατ᾽ ἀλλήλων βλαβεροὺς λόγους ἔγραψαν, καὶ ὅτι Νεςόριος μὲν ἔλεγεν, τὴν μακαρίαν Μαρίαν μὴ εἶναι Θεοτόκον, ὡς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ἐκ τῆς Παύλου τοῦ Σαμοσατέως αἱρέσεως εἶναι, Κύριλλος δὲ βουλόμενος τοὺς Νεςορίου ἀνατρέψαι λόγους, ὠλίσθησεν, καὶ ἐνέπεσεν εἰς τὸ Α᾽πολιναρίου δόγμα, φανερόν ἐςιν, ὅτι ὁ γράψας τὴν ἐπιςολὴν τῇ Νεςορίου μανίᾳ κεκρατημένος δείκνυται· ὃς αὐτὸν μὲν Νεςόριον ἀρνούμενον θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, μέχρι μόνης τῆς τινων ὑποψίας ἐληλυθέναι φησὶν, οὐ μὴν αἱρετικὸν ἐκ τούτου φανῆναι· τὸν ἐν ἁγίοις δὲ Κύριλλον, τὸν τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, εἰς τὸ Α᾽πολιναρίου δόγμα ὀλισθῆσαι διϊσχυρίζεται, καὶ πεσεῖν· διότι εἶπεν αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι.

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ῥήματα παραλέλοιπεν, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, γινώσκων ὅτι ὁ λέγων τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον ὀλισθῆσαι, καὶ πεσεῖν, καὶ αἱρετικοὺς καλῶν τοὺς τούτου λόγους, πᾶσαν καταδικάζει τὴν ἐκκλησίαν, τὴν πατέρα, καὶ διδάσκαλον εἰκότως Κύριλλον ἔχουσαν. Πῶς δὲ οὐκ ἔφριξε λέγων, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος αἱρετικός ἐςιν, ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὅτι οὕτω λέγων διαφορὰν τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ οὐχ ὁμολογεῖ; Διὰ τούτων γὰρ τῶν λόγων οὐ μόνον τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον μέμφεται, ἀλλὰ καὶ τὸν εὐαγγελιςὴν τὸν λέγοντα „ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο „

abest, ut circa eius finem, quidpiam ex iis quae adversus sanctum Cyrillum pronunciata sunt, revocatione castigetur; ut circa extremum potius eius scriptor in Cyrillum deterius debacchatus esse videatur. Quamobrem id ipsum principio, simulque universam huius, quae Ibae nuncupatur Epistolae impietatem, eorumque, quae ad nos misistis Capitum insaniam argumentis ostendemus. Quum enim ea omnia, quae scripsistis, legissemus, gravissimo affecti sumus dolore, vos eius Vrbis cives, in qua semper ad haec usque tempora unice servata fuit recta Fides, in tantum errorem esse prolapsos. Quapropter necessarium esse existimavimus adversus praedicta Capitula ad vos scribere, atque de eorum impietate vos ipsos admonere, ut ab iniquo praeceptore vestro, qui ea monumentis mandavit litterarum, recedatis. Etenim quum is sibi proposuisset in animo vos in deceptionem inducere, nonnullas ex divinis litteris sententias hausit, quibus in pravam significationem contortis, impiae illius Epistolae opiniones nonnullas confirmare aggressus est, quemadmodum haereticis fuit semper in more positum, quaedam divinarum litterarum testimonia pervertere, atque in contrariam intelligentiam detorquere. Itaque vel praeceptorem vestrum minime anonymam eam Epistolam perlegisse existimamus, vel mala admodum fide, nonnulla legisse quidem ipsum, reliqua vero, quae multo deteriora essent, silentio praeteriisse. Quum enim in ea Epistola de beato Cyrillo atque impio Nestorio narretur, proscidisse eos sese invicem conviciis: atque affirmasse Nestorium minime Deiparam esse beatam Virginem, ut ipsam nominari permultis ex Pauli Samosateni haeresi placebat: Cyrillum contra, qui Nestorii errorem refutare niteretur lapsum pariter esse, inque Apollinarii dogmata descendisse; luce clarius est Epistolae eiusdem scriptorem Nestoriana dementia praeoccupatum agnosci, qui Nestorium sanctam Mariam Virginem Deiparam fateri detrectantem, suspicionis tantum adversus se locum quibusdam tribuisse; minime vero exinde haereticum demonstrari contendat: Cyrillum autem sanctum Ecclesiae doctorem in Apollinarii haeresim incidisse diserte tradat; propterea quod ipsum Deum Verbum incarnatum esse dixerit, atque assumpsisse humanitatem.

Haec autem verba, ut superius animadvertimus, praeteriit praeceptor vester, plane perspiciens, eum qui Cyrillum lapsum esse in haeresim tradat, contendatque haereticas ipsum defendisse sententias, in universam Ecclesiam damnationis ferre iudicium, quum universa scilicet Cyrillum, ut patrem colat, atque doctorem. Ceterum qui fieri potuit, ut non exhorresceret, haereticum dicens Cyrillum, propterea quod Deum Verbum hominem factum esse docuerit? indeque consequi subiungens, ab Cyrillo haec docente discrimen inter templum, in eoque inhabitantem non admitti? Hac quippe aiendi ratione non sanctum Cyrillum criminatur, sed Evangelistam „ Verbum carnem factum

καὶ πάντας τοὺς προφήτας, τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου κηρύξαντας, καὶ μάλιςα Ἱερεμίαν τὸν λέγοντα „ Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· μετὰ ταῦτα ἐπὶ Ἰῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναυεςράφη „ καὶ πάλιν Ἠσαΐαν λέγοντα „ Τὸ παιδίον, Θεὸς ἰσχυρὸς „ καὶ πρὸς τύτοις τὸν ἀπόςολον Παῦλον λέγοντα ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιςολῇ „ Ὁ καταβὰς αὐτός ἐςι, καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν ὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. „ Καὶ γὰρ, ὡς ἐκεῖνος ὑμῶν ὁ διδάσκαλος παραφρονῶν λέγει, μέμφεως εἰσὶν ἄξιοι, καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ εὐαγγελιςαὶ, καὶ οἱ ἀπόςολοι λέγοντες, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐνηνθρώπησεν, ὡς διὰ τύτων τῶν ῥημάτων τροπὴν τῆς θεότητος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα λέγοντες γεγενῆσθαι. Οἱ δὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐνανθρωπῆσαι μὴ ὁμολογοῦντες, φανεροί εἰσι τὸν Χριςὸν ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ χάριν υἱὸν Θεῦ ὀνομάζεσθαι λέγοντες, ὡς ἡ κακοδοξία Νεςορίου, καὶ Θεοδώρου τῦ διδασκάλυ αὐτῦ λέγει.

Αἱ γὰρ θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ταύταις ἀκολουθοῦντες, αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον, τὸν ἀόρατον, τὸν ἀσώματον, τὸν ἐκ τῦ φωτὸς φῶς, τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, αὐτὸν κατελθεῖν, καὶ σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι λέγυσιν. Καὶ ὁ μὲν ἐν ἁγίοις Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὰ Θεοφάνια οὕτω λέγει „ Αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ προαιώνιος, ὁ ἀόρατος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ ἀσώματος, ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχὴ, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀθανασίας, τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ ἀρχετύπου, ἡ μὴ κινυμένη σφραγὶς, ἡ ἀπαράλλακτος εἰκὼν, ὁ τοῦ πατρὸς ὅρος, ϗ λόγος, ἐπὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα χωρεῖ, καὶ σάρκα φορεῖ διὰ τὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων, καὶ πάντα γίγνεται πλὴν τῆς ἁμαρτίας ἄνθρωπος, κυηθεὶς ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ψυχὴν, καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ πνεύματι· ἔδει γὰρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι. „ Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν οὕτω λέγει „ Ὁ γεννηθεὶς ἄνωθεν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀῤῥήτως, ἀφράςως, ἀκαταλήπτως, ἀϊδίως, αὐτὸς ἐν χρόνῳ γεννᾶται κάτωθεν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας. „ Καὶ πάλιν ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος πρὸς Ἀμφιλόχιον γράφων ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ ὕτως εἶπεν „ Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελάγων, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ φυτὰ, καὶ ἀςέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίςησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. „ Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αὐγουςῖνος ἐπίσκο-

ctum esse „ diserte pronunciantem, sed Prophetas omnes, qui Verbi Dei adventum per carnem praedixerunt, Hieremiam potissimum dicentem „ Hic Deus noster: alius adversus eum non aestimabitur: post haec in terris apparuit, & cum hominibus conversatus est „ atque Isaiam aientem similiter „ Puer, Deus fortis „ sed Apostolum prae ceteris Paullum, cuius haec est in Epistola sua ad Ephesios sententia „ Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia. „ Si igitur desipienti Doctori vestro assentiri velimus, Prophetas, Evangelistas, Apostolos haereseos accusabimus, qui Dei Verbum dixerint hominem factum esse, quasi his loquendi modis admiserint conversionem divinitatis in humanitatem. Verum qui Deum Verbum hominem factum esse non confitentur, iidem manifeste Christum purum hominem faciunt, per gratiam tantum Filii Dei nomine decoratum, quemadmodum erronea Nestorii, Theodorique magistri ipsius sententia constituitur. Io. I. 14. Baruch III. 36. & 38. Isaiae IX. 6. Ad Eph. IV. 9.

Divinae namque litterae, atque his inhaerentes Sancti Ecclesiae Patres, ipsum Deum Verbum invisibile, corporis expers, lumen de lumine, ante secula, & tempora ex Patre genitum, hoc idem advenisse, & incarnatum esse, & hominem factum esse disertissime confitentur. Sanctus enim Gregorius in Sermone de Theophaniis, seu de Christi Nativitate haec habet „ Ipsum Dei invisibile Verbum, ille seculis antiquior, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud lumen ex lumine, ex principio principium, fons vitae & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus, & ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, & carnem ob carnem gerit, & animae intellectuali propter animam meam iungitur, ut simile per simile repurget, atque humana omnia, excepto peccato, suscipit, conceptus quidem ex Virgine, animo, & corpore a spiritu praepurgata; nam & Nativitatem honore affici, & Virginitatem praeferri oportebat. „ Simili prorsus modo Athanasius edisserit in ea Oratione, quae adversus Arianos est, de Spiritu Sancto „ Ille, inquit, qui sursum in caelis ex Patre genitus erat ineffabiliter, inexplicabiliter, immutabiliter, aeterne: ipse in terris deorsum genitus est in tempore ex Virgine Maria. „ Basilius pariter octavo Libri ad Amphilochium Capite sic scribit „ Neque enim caelum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis, vel in terris degentia, nec plantae, nec astra, nec aer, nec horae, nec multiplex universi ornatus excellentiam potentiae illius nobis perinde commendant, atque quod Deus incomprehensibilis sic per carnem constitutus est, ut ipsa Divinitas nihil pateretur, quo nobis sua morte largiretur immortalitatem. „ Sanctus etiam Augustinus Afri- Tom. I pag. 620. ed. Par. 1609. Tom. III. pag. 15 ed. Paris. 1730.

Y ca-

πος ἐκ τῆς τῶν Α᾿φρῶν χώρας ἐν τῇ περὶ τοῦ συμβόλου ἐκθέσει ταῦτα λέγει „ Εἰπὲ καὶ σὺ Α᾿μβακοὺμ προφῆτα μαρτυρίαν περὶ τῦ Χριςοῦ. Κύριε, φησὶν, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· κατενόησα τὰ ἔργα σου, ὁ Θεὸς, καὶ ἐξέςην. „ Ποῖα ἔργα τῦ Θεῦ οὗτος θαυμάσας ἐξέςη; μή τι τὴν κτίσιν τῦ κόσμου; μὴ γένοιτο· ἀλλ᾽ ἄκουσον πρὸς τί ἐξέςη. Ε᾿ν μέσῳ, φησὶ, δύο ζώων γνωσθήσῃ τὰ ἔργα σου, ὅτι σὺ ὁ Θεὸς λόγος σὰρξ ἐγένου· ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ· τίς ὢν μέχρι τίνος κατέβης; ἐκςῆναί με πεποίηκας, ὅτι ὁ λόγος, δι᾽ ὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἐν φάτνῃ ἐτέθης. „ Τὰ ὅμοια δὲ καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Λέων πάπας Ῥώμης ἐν τῇ πρὸς Φλαβιανὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνςαντινυπόλεως ἐπιςολῇ οὕτως εἶπεν „ Ο῾ ἀπαθὴς Θεὸς οὐκ ἀπηξίωσε παθητὸς εἶναι ἄνθρωπος, καὶ ὁ ἀθάνατος νόμοις ὑποκεῖσθαι θανάτυ. „

Καὶ ταῦτα μὲν αἵ τε θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες εἰρήκασιν· ὅσον δὲ πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους κατηγορίας εἰσὶν ἄξιοι, ὡς σύγχυσιν τῆς σαρκὸς, καὶ τῆς θεότητος εἰσάγοντες· ἐπειδὴ αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι εἰρήκασιν· ὁπότε καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον λέγοντα αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι σύγχυσιν εἰσάγειν διὰ τούτων τῶν ῥημάτων εἰρήκατε. Ο῞τι δὲ ὁ τὴν ἐπιςολὴν γράψας τῇ Θεοδώρυ κατεχόμενος μανίᾳ ἠρνήσατο τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγονέναι, ἐξ αὐτῶν δείξωμεν τῶν κατὰ Α᾿πολιναρίου τοῦ ἀσεβοῦς τῷ αὐτῷ αἱρετικῷ Θεοδώρῳ γραφέντων. Ε᾿ν γὰρ τῷ τετάρτῳ λόγῳ γράφει οὕτως „ Δεδωκέναι σοι τινὰς τῶν ἡμετέρων εἶπας τὰ ὐκ ἄν ποτε δοθέντα παρά τινος τῶν τῆς ἐκκλησιαςικῆς ἀντέχεσθαι δόξης ἐσπυδακότων. Ε᾿πυνθανόμεθα γὰρ εἰ τὸν λόγον ὁμολογοῦσιν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι εἰπὸν ἐπήγαγες ἐδίδοσαν. Καὶ τίς ἂν ἔχων νοῦν ἄνθρωπον εἴποι τὸν Θεὸν γεγενῆσθαι λόγον, ὡς ὑμεῖς φατε, εἰ μὴ ἄρα τὴν αὐτὴν ὑμῖν πρότερον νοσήσειεν ἄνοιαν; ἡμεῖς γὰρ εἰληφέναι ἄνθρωπον τὸν Θεὸν λόγον, καὶ σφόδρα φαμὲν, γεγενῆσθαι δὲ ἄνθρωπον καθ᾽ ὑμᾶς, ὐκ ἄν ποτε εἰπεῖν ἀνασχοίμεθα. „

Α᾿ποδειχθέντος τοίνυν διὰ τῶν εἰρημένων Θεοδώρῳ σύμφωνον εἶναι τὴν ἀσέβειαν τῆς ἐπιςολῆς τῇ αἱρετικῇ ἐκείνου μανίᾳ, πῶς ὐ δικαίως πᾶς τὴν ἐλπίδα ἔχων εἰς τὸν σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον, ὁμοίως καὶ Θεόδωρον, καὶ τὴν εἰρημένην ἀσεβῆ ἐπιςολὴν καταδικάσει; Ε᾿πειδὴ δὲ ἀπαινεῖτε τὴν ἀσεβῆ ἐπιςολὴν περιέχυσαν, ὅτι ὁ λέγων αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῖσαι, τὴν διαφορὰν ἀναιρεῖ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, γινώσκετε, ὅτι διαφορὰν μὲν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριςὸς ὁ κύριος, καὶ Θεὸς ἡμῶν συνετέθη, ὀρθῶς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία κηρύττει· διαφορὰν δὲ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ ὐδεὶς τῶν ἁγίων πατέρων ἐδίδαξεν, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἀσεβεῖς Νε-

canae cuiusdam civitatis Episcopus, in Expositione Symboli disserit in hunc modum „ Protulit tibi Habacuc Propheta de Christo testimonium, Domine, inquiens, audivi auditionem tuam, & timui; intellexi opera tua, Deus, & expavi. Quaenam opera Dei hic admiratus expavit? Num mundi creationem? Nequaquam. Cur autem expaverit, accipe. In medio, inquit, duorum animalium cognoscentur opera tua, Deus, quoniam tu Deus Verbum caro factum in medio duorum animalium innotesces. Qualis quum esses, usque quo descendisti! obstupescere me fecisti, quoniam Verbum, per quem facta sunt omnia, in praesepe natus es. „ Horum similia sanctus Leo Romanus Pontifex habet in Epistola ad Flavianum Archiepiscopum Constantinopolitanum. „ Impassibilis, inquit, Deus non dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. „

Init. Cap. IV. pag 307. ed. Paris. 1614.

In hanc igitur sententiam Divinae litterae, sanctique Patres loquuntur, vestra scilicet sententia castigandi, tamquam carnis, divinitatisque confusionem inducentes, quum ipsi quoque Dei Verbum hominem factum esse diserte pronuncient, eadem prorsus ratione, qua Cyrillum aientem, ipsum Dei Verbum hominem factum esse, quasi confusionis hoc aiendi modo invectorem, traduxistis. Ceterum Epistolae illius auctorem, Theodori deliramentis captum, negasse Deum Verbum hominem factum esse fateri, ex his manifeste conclusimus, quae ab ipso ad haereticum Theodorum contra impium Apollinarium scripta sunt. Haec quippe in quarto Sermone scribit „ Dixisti quosdam ex nostris nonnulla sentire, quae numquam iis probata sunt, qui Ecclesiasticis dogmatibus adhaerere student. Quum enim ab iis sciscitati essemus, num Dei Verbum hominem factum esse faterentur, affirmans protulere responsum. Quis autem mentis compos Deum Verbum factum esse dixerit, ut a vobis proponi solet, nisi qui primum dementiae vestrae morbo sit affectus? Nam porro Deum hominem assumsisse constanter fatemur, ceterum hominem factum esse, quemadmodum exprimere vobis consuetum est, nulla ratione dici toleramus. „

Quum itaque ex iis, quae ad Theodorum scribit, ostendat cum huiusce deliramentis Epistolae impietatem egregie convenire, quomodo non quisque iustus, cuius sit in Dei Verbo incarnato homineque facto locata spes, Theodorum, unaque impiam simul Epistolam condemnabit? Quum autem id vehementer probetis, quod in exsecrabili ea Epistola traditur, doctrinam nimirum, qua Verbum Deus incarnatus homoque factus dicitur, discrimen inter templum, atque in templo inhabitantem sustollere, cognoscite, naturarum diversitatem, ex quibus unicus Christus Deus, atque Salvator noster constituitur, recte ab sancta Dei Ecclesia praedicari, ceterum templi hoc, atque in ipso inhabitantis discrimen a nemine umquam sanctorum Patrum fuisse propositum, sed ab impiis so-

τόριος, ἃ Θεόδωρος εἰρήκασι, δύο ἐντεῦθε πρόσωπα εἰσάγειν βυλόμενοι. Κἂν γὰρ αἱ θεῖαι γραφαὶ, καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες τῇ τοῦ ναοῦ ὀνομασίᾳ κέχρηνται, ἀλλὰ τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς ὑοῦ τῦ Θεῦ σημαίνοντες τῦτο λέγυσι, καθὼς εἶπεν ὁ εὐαγγελιςὴς „ αὐτὸς δὲ ἔλεγε περὶ τῦ ναῦ τῦ σώματος αὐτῦ. „ Οὐδεὶς γὰρ τῦ ἑνὸς προσώπου τῦ Χριςοῦ διαφορὰν πρὸς ἑαυτὸ εἶναί φησιν, ὡς ἄλλον ἐν ἄλλῳ εἶναι, ἀλλὰ τῶν φύσεων μόνον, ἐξ ὧν ὁ εἷς Χριςὸς ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως ἀπετελέσθη.

Καὶ ὑμεῖς τοίνυν τὴν τῆς ἐπιςολῆς ἐκδικῦντες ἀσέβειαν, τῆς ἀρνυμένης αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, πρόδηλοι καθεςήκατε δύο πρόσωπα εἰσάγοντες, καὶ ταῦτα νοῦντες περὶ τῦ Χριςῦ ὡς ψιλῦ ἀνθρώπυ· ὅπερ ὁ ἀπόςολος εἶπεν διὰ τὺς πιςὺς „ ὅτι ὑμεῖς ναὸς Θεοῦ ἐςε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν „ ὡς κατὰ τὴν ὑμετέραν πλάνην μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν μεταξὺ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῦ Χριςῦ, καθὰ καὶ αὐτὸς Θεόδωρος ὁ αἱρετικὸς, ὁ διδάσκαλος τῦ γράψαντος τὴν ἐπιςολὴν, ἐν τῷ τρίτῳ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγῳ παραφρονῶν ταῦτα ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Χριςῦ λέγει „ Ἐγὼ μὲν, ὃν ὁρᾶτε δύναμαι μὲν ποιεῖν ὐδὲν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἅτε ἄνθρωπος ὤν· ἐργάζομαι δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἐμοὶ μένων ὁ πατὴρ ἅπαντα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγώ τε, φησὶν, ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, Θεὸς δὲ λόγος ἐν ἐμοὶ ὁ τῦ Θεῦ μονογενὴς, δῆλον, ὅτι καὶ πατὴρ σὺν αὐτῷ ἐν ἐμοί τε μένων, καὶ τὰ ἔργα ποιῶν. Καὶ θαυμαςὸν γε ὐδὲν ἐπὶ τῦ Χριςοῦ τοῦτο νομίζειν, σαφῶς αὐτοῦ περὶ τῶν λοιπῶν λέγοντος ἀνθρώπων, ὁ ἀγαπῶν με τὸν λόγον μυ τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Εἰ γὰρ παρ' ἑκάςῳ τῶν τοιύτων ὅ τε πατὴρ, καὶ ὁ ὑὸς τὴν μονὴν ποιῦνται, τί θαυμαςὸν, εἰ ἐν τῷ κατὰ σάρκα δεσπότῃ Χριςῷ ἄμφω κατὰ ταὐτὸν νομίζοιντο μένειν, τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινωνίας προσιεμένης, ὡς εἰκὸς, καὶ τὴν τῆς μονῆς κοινωνίαν; „ Τούτων τοίνυν ὕτω παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Θεοδώρου εἰρημένων, ὐ θαυμαςὸν, εἴπερ ὁ ἐκπεσὼν τοῦ Θεοῦ τῇ ἀσεβείᾳ συνεζευγμένην ἔχει καὶ μωρίαν, καθὼς περὶ τῶν ἀσεβῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγει „ Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει. „ Ὁ γὰρ τὸν πατέρα, καὶ τὸν ὑὸν οὕτω μένειν ἐν τῷ Χριςῷ, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις διϊσχυριζόμενος, καὶ μὴ ὁμολογῶν τὸν Χριςὸν εἶναι τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, πῶς λέγει Χριςὸν κατὰ σάρκα; Οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες ὁμολογοῦντες τὸν Χριςὸν εἶναι τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, ὅταν τι περὶ αὐτοῦ ταπεινὸν λέγωσιν, ὀρθῶς ἐπάγυσι τὸ κατὰ σάρκα. Ἀλλ' εἰ καὶ προσῆκον ἦν τοὺς Θεόδωρον ἐκδικοῦντας, καὶ

solum Theodoro, atque Nestorio excogitatum, quod duas exinde personas inducere decrevissent. Quod si quandoque Divinae litterae, Sanctique Ecclesiae Patres hac quoque templi translatitia usi sunt appellatione, id tamen, ut significarent tantum unigeniti Filii Dei corpus, adhibuere, eo prorsus modo, quo de ipso inquit Evangelista „ Ipse autem loquebatur [Ioan. II. 21.] *de templo corporis sui. „ Nemo porro haec in unica Christi persona invexit discrimina, quasi alia in alia sit, verum distinctionem tantum naturarum admiserunt, ex quibus unus Christus perficitur, non commixtionem passus, neque divisionem.*

Vos itaque illius Epistolae impietatem defendentes, qua Deum Verbum hominem factum esse negatur, manifesto duplicis in Christo admissae personae redarguimini, atque hoc modo de Christo, tamquam puro homine deliria docentes, in eamdem de ipso sententiam loquimini, qua de credentibus dictum est ab Apostolo „ quoniam templum Dei estis vos, & Dei [Ad Cor. III. 16.] *Spiritus inhabitat in vobis „ ita ut, si erroris vestri habenda sit ratio, nullum iam superfit nos homines inter, Christumque, discrimen iuxta id, quod Theodorus haereticus, illius Epistolae scriptoris magister, in tertio adversus Apollinarium Sermone, Christum de se ipso loquentem introducens hoc modo, inepte commentus est „ Ego quidem, quem prospicitis, nihil facere possum secundum meam naturam,* [In fragm. rel. in Conc. Constantinopolitano II. T. III. Coll. Labb. p. 17.] *quum homo sim: operor autem, quoniam in me manens Pater cuncta operatur: enimvero, inquit, & ego in Patre, & pater in me, Deus autem Verbum unigenitum in me est: certum est, quod & Pater cum ipso in me manet, & opera facit. Et non est mirandum de Christo haec existimari, quum evidenter ipse de ceteris hominibus dicat: qui diligit me sermonem meum servabit, & Pater meus diliget* [Io. XIV. 23.] *eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Si enim apud unumquemque eiusmodi hominum, & Pater & Filius mansionem faciunt, quid mirum, si in Domino secundum carnem Christo, ambo simul putentur manere, communione eorum secundum substantiam, communionem quoque mansionis fortasse suscipiente? „ His igitur in hunc modum ab impio Theodoro propositis, mirum esse minime debet, quod a Deo excidens impietati desipientiam adiunxerit, quemadmodum de impiis prophetica Isaiae praefert sententia „ Vir insipiens stulta loquetur, & cor* [Isaiae XXXII. 6.] *eius fatua cogitabit. „ Quisquis enim Patrem, & Filium sic in Christo, quemadmodum & in reliquis hominibus manere affirmat, Deumque Verbum Christum incarnatum, hominemque factum esse non confitetur, quomodo potest Christum ipsum secundum carnem nominare? Sancti quippe Patres Christum Deum Verbum esse incarnatum, atque hominem factum confitentes, si quidpiam de ipso humile proferunt, recte id secundum carnem ei convenire subiiciunt. Ceterum aequum videbatur Theodori propugnatores, vel hac exsuperanti blasphemia com-*

ἐκ ταύτης αὐτοῦ τῆς καθ' ὑπερβολὴν βλασφημίας τὴν τούτου ἐκκλίναι δυσσέβειαν. Ἀλλ' οὖν διὰ τὴν τούτων ἀναίδειαν, καὶ ἄλλας αὐτοῦ βλασφημίας προαγάγωμεν, δι' ὧν δύο εἰσάγει πρόσωπα. Μεμφόμενος γὰρ τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ὁ πρὸ αἰώνων γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων ἄνθρωπος, οὕτω λέγει ἐν τῷ κατὰ Ἀπολιναρίου τετάρτῳ λόγῳ „ Ὁ πρὸ αἰώνων, φησὶν, γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων· πάλιν ὥς τινων δεδωκότων, καὶ τοῦτο λέγων, οὐδενὸς ἂν τῶν εὐσεβεῖν ἐσπουδακότων ταύτην ἑλομένου νοσῆσαι τὴν ἄνοιαν, ὥς τε τὸν πρὸ αἰώνων εἰπεῖν ἐπ' ἐσχάτων γεγενῆσθαι. „ Καὶ μεθ' ἕτερα „ Οὐκοῦν τοῖς ὑμετέροις ἑπόμενοι νόμοις, καὶ τὴν ὑπὸ τῆς σῆς ἀγχινοίας νομοθετουμένην ἀντιστροφὴν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν δεξάμενοι, φέρε δὴ πάντα εἰς ταυτὸν συγχέωμεν, καὶ μηδεμία λοιπὸν ἔσω διάκρισις, μὴ Θεοῦ μορφῆς, μὴ δούλου μορφῆς, μὴ ναοῦ ληφθέντος, μὴ τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν τῷ ναῷ, μὴ τοῦ λυθέντος, μὴ τοῦ ἐγείραντος, μὴ τοῦ τελειωθέντος ἐν πάθεσι, μὴ τοῦ τελειώσαντος, μὴ τοῦ μνημονευθέντος, μὴ τοῦ μνημονεύσαντος, μὴ τοῦ ἐπισκεφθέντος, μὴ τοῦ ἐπισκεψαμένου, μὴ τοῦ βραχὺ παρ' ἀγγέλους ἐλαττωθέντος, μὴ τοῦ ἐλαττώσαντες, μὴ τοῦ δόξῃ καὶ τιμῇ στεφανωθέντος, μὴ τοῦ στεφανώσαντος, μὴ τοῦ κατασταθέντος ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν τοῦ Θεοῦ, μὴ τοῦ καταστήσαντος, μὴ τοῦ λαβόντος αὐτὰ ἐν ὑποταγῇ, μὴ τοῦ δόντος τὴν ὑποταγήν. „ Ἐκ τούτων τοίνυν τῶν ἀσεβῶν Θεοδώρου ῥημάτων, καὶ τῆς οὕτως αὐτοῦ προφανοῦς βλασφημίας ἐρυθριάσωσιν οἱ ἀντιποιούμενοι αὐτοῦ τε καὶ τῆς ἀσεβοῦς ἐπιστολῆς. Τὸ γὰρ ἀναιδῶς καὶ πολλάκις ἄλλον εἶναι τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγειν αὐτὸν, καὶ τὸν μὲν εὐεργετοῦντα, τὸν δὲ εὐεργετούμενον, καὶ τὸν μὲν σώσαντα, τὸν δὲ σωθέντα, φανερῶς ἀρνεῖται τὴν διὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσγενομένην ἡμῖν σωτηρίαν. Ὁ γὰρ παρ' ἄλλου εὐεργεσίαν λαβὼν, ἤτοι σωθεὶς, ἑτέρους πῶς δύναται σώζειν; Οἱ τοίνυν τὸν ταῦτα βλασφημήσαντα ἐκδικοῦντες, τίνος οἴονται σῶμα καὶ αἷμα λαμβάνειν; τοῦ εὐεργετηθέντος, ἢ τοῦ εὐεργετήσαντος; ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ εὐεργετήσαντος Θεοῦ λόγου, πῶς τοῦτο λέγουσιν μὴ ὁμολογοῦντες αὐτὸν σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι; εἰ δὲ τοῦ εὐεργετηθέντος, ματαία αὐτῶν ἡ ἐλπὶς ἀνθρωπολατρείαν πρεσβευόντων, ὅτι ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα.

Ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, ἕνα τε ὄντα τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογοῦντες, αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα δεχόμεθα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει „ Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ· ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ

commotos ab ipsius impietate recedere: attamen, ut ipsorum refellatur impudentia, reliquas quoque eius blasphemias proferemus in medium, quibus duplicem Christi personam inducit. Insimulans itaque eos, qui Deum Verbum ante secula genitum, in novissimo hominem factum esse profitentur, in quarto contra Apollinarium Libro haec scribit „ Hoc quod ante secula erat, in novissimis dicit factum esse temporibus, utpote quibusdam hoc confitentibus, quum nemo ex his, qui pietatis curam habent istum se patiatur morbum habere dementiae, ut dicat, eum qui est ante secula, in novissimo factum esse. „ Et post pauca subdit „ Vestras igitur leges sequentes, & a tua sapientia constitutam obversionem, imo magis subversionem suscipientes, age simul omnia confundamus, & nulla iam sit discrepatio, nec Dei formae, nec servi formae, nec templi sumti, nec eius qui in templo habitavit, nec eius qui solutus est, nec eius, qui suscitavit, nec eius qui perfectus est in passionibus, nec eius qui perfecit, nec eius qui memoriam meritus est, nec eius, qui memor factus est, nec eius qui visitatus est, nec eius qui visitavit, nec eius, qui paullominus ab Angelis minoratus est, nec eius qui minoravit, nec eius, qui gloria, & honore coronatus est, nec eius, qui coronavit, nec eius, qui constitutus est super opera manuum Dei, nec eius qui constituit, nec eius, qui ad sublevationem haec accepit, nec eius, qui dedit sublevationem. „ Ex quibus impiis Theodori verbis, patentique blasphemiarum genere effectum est, ut pudore afficerentur omnes, qui ipsi, impiaeque illi Epistolae adversabantur. Namque crebro, & impudenter aliud esse Dei Verbum inquiens, alium autem Christum, alium qui beneficium suscepit, alium qui contulit, alium qui salvat, alium qui salvatur, aperte salutem inficiatur partam nobis per magnum Deum, & Salvatorem nostrum Iesum Christum. Quomodo enim salvos facere potest reliquos is, qui non secus ac ceteri beneficium percepit salutis, atque salvatus est? Cuiusnam igitur corpus & sanguinem sumere se existimant qui haec blasphemantem defendunt? Eius ne qui beneficium contulit, an eius qui suscepit? Quod si Verbi Dei beneficium conferentis capere se Sacramenta responderint, quomodo id dicunt, quum ipsum incarnatum, & hominem factum esse minime confiteantur? Sin autem eius, cui beneficium collatum est dixerint, stulta est ergo eorum spes, qui hominem cultu venerantur „ quoniam creaturam Sap. XV. 5. *super Creatore coluerunt, & adoraverunt.* „

Nos autem omnes, qui Catholicae Ecclesiae sumus, Dei Verbum incarnatum, & hominem factum, unam ex sanctae Trinitatis personis esse confitentes, corpus eius, & sanguinem sumimus in remissionem peccatorum, & in vitam aeternam: quemadmodum docuit nos ipse Dominus dicens „ Qui manducat meam carnem, Ioan. VI. 54. *& bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die: caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus*

αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις. Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· καθὼς ἀπέστειλέν με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ.„ Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω καὶ πιστεύομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν.

Idola primum reiecit; & libamina
Quae erat reiecturus, reliquit, sed legi subiecit,
Emolliens malitiam. Postremo autem ne libamina quidem
Steterunt, sed cessere populo semel domito.
Et me lex, ut quamdam hereditatem servat tutor,
Servavit Filio magni Patris. Quando autem venit tempus Filii,
Sponte cessit, & hereditatem iniit optimus filius;
Illi autem Deus: Deus enim suadere, non compellere habet.
Ac vis quidem nullam nobis parabat mercedem.
Ecquis enim passionibus deditus non omnia simul,
Quae passionis sunt, secum ferat? sed infirmitati succurrens
Quid aliud dedit misericors Deus, volens homines salvari,
Proinde admiscens meliora benigno artis consilio.
Sicuti autem architectus in aërem arcum exstruens
Lapideum ex scalptis lapidibus invicem inclinatis,
Subtus primum fulcimentum intendit, ac deinde
Desuper marmor inducit, arcum vero arcui superponit:
Et cum haec ligata sunt inter se, fulcimentum illud proiicit,
Arcus autem stat in aëre nudo firmiter exstructus;
Ita lex fuit perfectioris legis fulcimentum.

LI. p. 53. *b. Eiusdem de Incarnatione*, Epigramma elegiacum XIV. versibus constans.

Inc. Νήπιος ὅς λῆς ἄνακτα θεῦ λόγον αἰὲν ἐόντα.

Des. Γράμματ' ἐμῇ γραφίδι, ἢ μέλαν ὐδὲν ἔχει.

Edidit Muratorius loc. cit. p. 211. uno tamen disticho longius.

LII. p. ead. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐν ταῖς νηστείαις σιωπήν. *Eiusdem de silentio, quod ieiunii tempore coluit*, Elegia versuum CCX.

Inc. Ἴσχεο γλῶσσα φίλη, σὺ δέ μοι γραφὶς ἔγραφε σιγῆς.

Des. Ἡμετέρης σιγῆς μνημόσυνον λαλέον.

In cit. Bill. edit. a p. 128. ad 131.

LIII. p. 56. Τῦ αὐτοῦ ὕμνος εἰς Χριστὸν μετὰ τὴν σιωπήν. *Eiusdem hymnus ad Christum post silentium*, versibus elegis LII.

Inc. Χριστὲ ἄναξ, σε πρῶτον ἐπεὶ λόγον ἠέρι δῶκα.

Des. Ῥήξω ϗ μεγάλῳ πνεύματι, ἣν ἐθέλῃ.

Ibid. p. 131.

LIV. p. ead. *Eiusdem de bello, quod movent daemones*, Carmen heroico-iambicum versibus constans XXXII.

Inc. Εἰ μὴ γλῶσσαν ἔδησα λάλον, ϗ χείλεα σιγῇ.

Des. Σοὶ τὰς ἀναίμως θυσίας πέμπειν ἀεί.

Edidit Muratorius loc. cit. p. 175.

LV. p. 57. Τοῦ αὐτοῦ ἐνόδια. *Eiusdem profecturi precatio ad Christum*, versibus heroicis XXX.

I. Χριστὲ ἄναξ ὃς πάντα τέλεις σοῖσιν μερόπεσσιν.

Des. Ἐς δὲ μονὴν ἔλθοιμι μόγυ τέλος εὐσεβέεσσι.

In cit. Billii edit. p. 127. tribus versibus longior.

LVI. p. ead. *Eiusdem alia similis precatio ad Christum Servatorem*, versibus heroicis VII.

Inc. Οὐκ ἔστ' ὐδὲ ποδὸς σέο, κ. λ. Edidit Muratorius loc. cit. p. 169.

LVII. p. ead. *Eiusdem in idem argumentum*, Epigramma elegiacum VI. versuum.

Inc. Ὃς πυρὶ ϗ νεφέλῃ στρατὸν, κ. λ. Idem loc. cit. pag. 170. Hoc epigramma, anepigraphi sequuntur tres illi versus heroici, quos deesse mox adnotavimus in fine Carminis,

Χριστὲ ἄναξ, ὃς πάντα τέλεις, κ. λ.

LVIII.

LVIII. p. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ἑλλήνιον τὸν ἐξισωτήν. *Eiusdem ad Hellenium exaequatorem.* Elegia versibus constans CCCLXVI.

Inc. Δίζημαι μὲν ἐμῶν μύθων σθένος ὡστ' ἐόντων.

Des. Οὗτος ὁ ϗ Μώμου κρείσσονα μέτρα φέρων.

In cit. Billii edit. a pag. 106. ad 111.

LIX. p. 61. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ἰουλιανὸν τὸν ἐξισωτήν. *Eiusdem ad Iulianum exaequatorem,* versus elegi XXX.

Inc. Ὄμβρῳ διψάδα γαῖαν ἐπέκλυσεν, ὅς μιν ἔδησεν.

Des. Χεῖρα Θεοῖο φέρειν τοῖς ἀτάφοις νέκυσιν.

Ibid. p. 111.

LX. p. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ παρὰ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα. *Eiusdem ad Nicobulum patrem, Nicobuli filii nomine,* Carmen heroicum versuum CCVIII.

Inc. Ὦ πάτερ, εἴ μ' ἔφυσας, βαιὴ χάρις· ἤ γὰρ ἁπάντων.

Des. Ἀλλὰ ϗ ἀθανάτων ψυχῶν γενέτας καλέσαιμι. Ibid. a pag. 112. ad 115.

LXI. p. 63. *b.* Τοῦ αὐτοῦ παρὰ πατρὸς Νικοβούλου πρὸς τὸν υἱόν. *Eiusdem ad Nicobulum filium, Nicobuli patris nomine,* Carmen heroicum versuum CCLXXXII.

Inc. Τέκνον ἐμόν, μύθους ποθέων, ποθέεις τὰ φέριστα.

Des. Ὦ τέκος ἀκροτάτοιο καλοῦ πρὸς τέλσον ἱκέσθαι. Ibid. a p. 115. ad 120.

LXII. p. 66. *b* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Βιταλιανὸν παρὰ τῶν υἱῶν. *Eiusdem ad Vitalianum filiorum nomine,* versus heroici CCCIII.

Inc. Ὦ πάτερ, ὅν περ ἔμοιγε Θεὸς θεὸν ἐνθάδ' ἔδωκεν.

Des. Δάκρυα πατρὸς ἔχοιμεν ἐς ὕστερον εὐμενέοντος. Ibid. a p. 120. ad 126.

LXIII. p. 70. *Eiusdem ad Nemesium Iurisconsultum, ut desinat idola colere,* Carmen heroicum versuum CCCXXXIV.

Inc. Ὄμμα δίκης μύθων τε, Νεμέσιε, δὸς τοτέροισθε.

Des. Ὥς νῦν ἡμετέρῃσι, σὺν ἡμετέροισι γραφείης. Ibid. a p. 140. ad 146.

LXIV. p. 73. *b.* Τοῦ αὐτοῦ κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων. *Eiusdem adversus mulieres ambitiosius sese adornantes, & excolentes,* versus elegi CCCXXXIV.

Inc. Μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι γυναῖκες.

Des. Δεῦρ' ἴτ' ὅσοισι φίλον, κάλλεϊ τερπόμενοι. Ibid. a p. 147. ad 152.

LXV. p. 77. *Eiusdem ad Olympiadem virginem nubilem,* Carmen paraeneticum versuum CXI.

Inc. Τέκνον ἐμόν, τὸ δέ τοι πεμπτήριον ἐσθλὸν ὀπάζω.

Des. Οἷ περ δὴ γενόμεσθα, ϗ οἷ θέμις ἔνθεν ὁδεύειν. Ibid. pag. 132.

LXVI. p. 78. *b. Eiusdem in idem argumentum,* Epigramma VI. versuum.

Inc. Εἴ σοί τι χρηστὸν καταφαίνεται, κ. λ. a Muratorio editum loc. cit. p. 201.

LXVII. p. ead. *Eiusdem de virtute humana ad seipsum,* Carmen heroicum versuum CLVI.

Inc. Τὴν ἀρετὴν ποθέω μέν, ἀτάρ τό δέ μ' οὐκ ἐδίδαξεν.

Des. Αὐθέντος σκιόεντος ἐν ἤματι τῶδε βίοιο. Apud Billium p. 135. sed in Codice in duo dividitur Carmina, & duobus versibus est auctius; nam inter versus Βαιὰ φέρει, & Ὥς τε ῥόος, inseruntur sequentes:

Σπεύδει σὺν μεγάλοιο Θεοῦ χερὶ θερμὸν ἔρωτα
Τῆς ἀρετῆς φρονέων, κακίης δέ τε νῶτα διώκων.

LXVIII. pag. 80. *Eiusdem de se ipso post reditum ex urbe Constantinopolitana,* elegi versus LII.

Inc. Ἔρχομαι ἐκ βιότοιο λιπὼν μέγα, κ. λ.

Des. Στῆσον' ὅπερ τεκέων λισσόμενος τριάδα.

Ibid. p. 134.

LXIX. p. ead. *b. Eiusdem ad Diabolum in morbo,* elegi versus CXVIII.

Inc. Ἤλυθες αὖθις ἔμοιγε, δολόπλοκε, ὡς ἐνοήθης.

Des. Τῆμε Χριστὲ φέροις σὸν λάτριν, ὡς ἐθέλεις.

Ibid. pag. 158. In Codice vero subnectuntur his duo Epigrammata sine titulo, a Muratorio edita loc. cit. I. p. 179. inc. Εἴ τις ἐὼν κακίης, κ. λ. II. p. 183. inc. Ἔστω τις νοερός, κ. λ.

LXX. p. 82. *Eiusdem de Incarnatione adversus Apollinarium,* versus iambici LXXIV.

Inc. Νοῦν τὸν μέγιστον ἴσμεν ἀνθρώπου φύσιν.

Des. Ἔχεις τὰ τῆδε· προσκύνει τὴν τριάδα.

In cit. Bill. edit. p. 247.

LXXI. pag. 83. *Eiusdem de Providentia,* iambici versus CXVI.

Inc. Ἔρροιεν οἱ τὸ θεῖον ἐξηρημένοι.

Des. Ἀλλ' εἰς καλόν τε κἀπιδέξιον τέλος.

Ibid. p. 188.

LXXII. p. 84. *Eiusdem Definitiones minus exactae,* versibus iambicis CCLXVII.

Inc. Θεὸς μέν ἐστιν οὐσία, πρῶτον καλόν.

Des. Τὰ δ' ἐστιν ἡμῖν ἐκτύπως ὡρισμένα.

Ibid. p. 198.

LXXIII. p. 87. *Eiusdem de virtute,* Carmen iambicum versuum DCCCXIV.

Inc. Θεὸς τὸ πάντων αἴτιον, πρῶτον καλόν.

Des. Ὡς ἂν τύχοιο πλείονος παῤῥησίας.

Ibid. p. 204. seqq. ubi tamen auctius est versibus CLXXXIII. noster enim incipit a versu CLXXXIV. qui incidit loc. cit. p. 207.

LXXIV. p. 95. *b. Eiusdem Gnomologia,* tetrastichis LIX. iambicis expressa.

Inc. Πρᾶξιν προτιμήσειας, ἢ θεωρίαν;

Des. Μή πως δεηθῇς ἐσχάτου καθαρσίου.

Ibid. pag. 156. seq.

LXXV. p. 98. *Eiusdem Monosticha secundum ordinem alphabeti,* vers. XXIV. iambici.

Inc. Ἀρχὴν ἁπάντων ϗ τέλος ποιοῦ Θεόν.

Des. καὶ σωθήσεται. Ibid. p. 185.

LXXVI. pag. ead. *Eiusdem de pudicitia,* versus iambici LXV.

Inc. Καλὸν γάμου δεδέσθαι, σωφρόνως μόνον.

Des. Ταῦτ' οὖν δρῶσα, παρθένε, πείθου Θεῷ.

Ibid. p. 175.

LXXVII. pag. ead. *b. Eiusdem ad virginem,* versus iambici XVIII.

Inc. Ἅγνευε πᾶσι, παρθένε, ϗ τοῖς ὄμμασι.

Des. Μήπω σε Χριστὸς ὡς διπλῆν ἔξω βάλῃ.

Qui quidem versus deest in edit. cit. p. 182. a Muratorio additus loc. cit. p. 194. Utrobique tamen desideratur sequens:

Φεύγειν ἔχιδναν καὶ συνείσακτον φρένος,

in-

insertus inter versus Σαυτὸν μελαίνων, & Ἐντεῦθεν ἤρθης.

LXXVIII. pag. 99. *Eiusdem* alii versus iambici x.

Inc. Μή τ' εὐπλοῦσι ναυαγοῦντας προσίθει.

Editi a Murator. ibid. p. 200.

LXXIX. p. ead. *Eiusdem in iram*, versus iambici DXLVI.

Inc. Θυμῷ χολοῦμαι τῷ συνοίκῳ δαίμονι.

Des. Καὶ ὦτα δήσω τοῖς λόγοις ὥσπερ λόγον.

In Bill. edit. a p. 229. ad 237.

LXXX. p. 104. *b.* Τοῦ αὐτοῦ κατὰ πλεονεξίας. *Eiusdem adversus avaritiam*, Carmen iambicum versibus constans CCLXXXIII.

Inc. Φεῦ φεῦ, ὅσων γέμουσιν οἱ κακοὶ κακῶν!

Des. Μόνον Θεὸν σέβοντες, ὃν γινώσκομεν.

Ibid. a p. 237. ad 243. ubi tamen sunt versus CCCLXXIX. nam in Cod. folium deest inter pag. 104. & 105.

LXXXI. p. 107. *b.* Τοῦ αὐτοῦ σύγκρισις βίων. *Eiusdem comparatio vitarum*, versibus iambicis CCLV.

Inc. Κρίναις ἂν ἡμῖν, ὦ ξένε. Κρίσις δέ τις.

Des. Οὕτως ἂν ἡμῖν ἀσφαλὴς εἴη βίος.

Ibid. a p. 220. ad 224.

LXXXII. p. 110. *b.* *Eiusdem de se ipso*, Carmen iambicum.

Inc. Λέγουσιν οἱ μισοῦντες, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ.

Des. in versu, Ἐξήγαγες βοήσας, qui est LXXIV. edit. Tollianae pag. 80. reliqua enim desiderantur una cum initio Carminis subsequentis, quod inscribitur in edit. Bill. *Dialogus adversus eos, qui frequenter iurant*: pagina quippe avulsa est in Codice; unde hoc incipit a versu,

Τῷ δ' ἐμμένοντι (φεῦ τάλας) συμπνίγεται, qui incidit in media pag. 226. cit. edit.

Des. ἀμὴν γένοιτο.

LXXXIII. p. 111. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ ψυχῆς. *Eiusdem de Anima*, versus anacreontici CLXXVII.

Inc. Τί σοι θέλεις γενέσθαι;

Des. Μὴ σὺν κακῷ μεγίστῳ.

Ibid. a p. 182. ad 185. ubi sunt CLXXXI.

LXXXIV. p. 112. *b.* *Eiusdem* elegi versus LXII. nimirum sententiae distichis versibus constantes, quorum primae litterae in Graeco haec duo pentametra efficiunt:

Γνῶμαι Γρηγορίου δίστιχοι εὐεπίη.

Καλὸν ἄθυρμα νέοις, καὶ χάρις ἐξοδίη.

Inc. Γυμνὸς ὅλος βιότοιο τέμνοις ἄλα, μηδὲ βαρεῖα.

Des. Ἡ δὲ τριὰς πάντων ἔξοχά σοι μελέτω.

Ibidem p. 146.

LXXXV. p. 113. Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς φθονοῦντας. *Eiusdem de se ipso, adversus invidentes*, iambicum Carmen versibus constans LXVII. quibus hic praeit:

Ἔχει τι κομψὸν ἡμῖν ἡ ληρῳδία.

Scitum quid hisce scilicet nugis inest.

Inc. Γέρων μέν εἰμι, καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις.

Des. Σὸς εἰμι κἄν με χείροσι στροβεῖν θέλοις.

Ibid p. 187.

LXXXVI. p. ead. *b.* *Eiusdem in divitem male moratum*, versus elegi XL.

Inc. Αἵματος ἐξ ἀγαθοῦ τις, ἅπαν κακόν· ἀνδρὶ γένος μέν.

Des. Ὦ ξάνθων μυλικὲ, ἵππιον ὕψος ἔχων.

Ibid. p. 126.

LXXXVII. p. 114. *Eiusdem in nobilem male moratum*, versus iambici XXXIV.

Inc. Εἴ σοι πίθηκον εἰς λέοντα σκευάσας.

Des. Μί' εὐγένεια τὸν τρόπον χρηστὸν φέρειν.

Ibid. p. 251.

LXXXVIII. pag. ead. *b.* *Eiusdem in maledicum*, tria tetrasticha, quorum singula

Inc. Πολλὰ λέγεις με κακῶς, κ. λ. a Muratorio edita loc. cit. p. 171. & 172.

LXXXIX. pag. ead. *Eiusdem ad Gigantium domorum aedificatorem*, hexastichon.

Inc. Ἄλλος μὲν Βαβυλῶνος, κ. λ. Murat. loc. cit. p. 213.

XC. pag. ead. *Eiusdem ad Philagrion, & in tolerantiam*, versus elegi XVIII.

Inc. Ἔστιν Ἐπικτήτοιο μέγα κλέος ἐν προτέροισιν.

Des. Πέμψεις εὐίπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

Apud eumdem loc. cit. pag. 180. seqq. in quatuor distincti Epigrammata.

XCI. p. 115. *Eiusdem Carmen iambicum itinerarium*, versuum XXIII.

Inc. Ἐν σοὶ μὲν ἠρεμοῦμεν, κ. λ.

Des. Καὶ ῥάστης τυχεῖν. Edidit Tollius p. 99. uno versu auctius.

XCII. p. ead. *Eiusdem de patientia*, iambici versus IX.

Inc. Ὅταν τιν' εὕρης, κ. λ. In Bill. edit. p. 181. est tantum heptastichon; sed apud Muratorium p. 172. est, ut in Codice, ex quo illud primus produxit.

XCIII. p. ead. *Eiusdem de philosophica paupertate*, versus iambi VIII.

Inc. Χαίρεις τρυφῶν σὺ τῇ νόσῳ, κ. λ. Apud Billium p. 196.

XCIV. p. ead. *Eiusdem ad fictos monachos*, Elegia versibus constans L.

Inc. Πρώην τίς με τρυφᾶν διετείνετο τῶν ἀνοήτων.

Des. Ἡ λεπτὴ χωρεῖν εἴσοδος οὐ δύναται.

Ibid. p. 138. In Codice tamen in quinque Epigrammata divisa est.

XCV. p. ead. *b.* *Eiusdem in Agapetos*, versus hexametri VIII.

Inc. Ἤδη μοι πολιή, κ. λ.

Des. Ἢ Χριστὸν ἀτίζει. Edidit Muratorius pag. 184. qui plura de Agapetis, & Synisactis adnotat. Deinde sequuntur in nostro Codice in idem argumentum plurima alia Epigrammata a Muratorio vulgata pag. 186. seqq. quorum primum inc. Παρθένε, Χριστὸν, κ. λ. II. Πῦρ ἐγγύς. III. Λευκοῦ. IV. Πρῶτον. V. Οὐρανίη. VI. Ὡς χαλεπὸν. VII. Παρθένε, παρθένος. VIII. Τρὶς ἀγαπητοῖς. IX. Ἄρσενα. X. Οἱ μοναχοί. XI. Τίς φύσις; οἱ μὲν ἁγνοί. XII. Ἄγγελος ἦν. XIII. Εἴ σοί τι χρηστόν. XIV. Παίζει καὶ πολιή.

XCVI. p. 117. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Μαρτινιανὸν ἐπιτάφιον. *Eiusdem in Martinianum epitaphium*, nempe Epigrammata XIV. quae una cum sequentibus aliis vulgavit Muratorius loc. cit. p 4 seqq. Ea vero sunt, I. Εἴ τις Τάνταλος. II. Οὐρεά σοι. III. Ἡνίκα Μαρτινιανὸς. IV. Οἱ Χριστὸν φορέοντες. V. Μισοπόλεμον. VI. Μὴ πόλεμον. VII. Ὦ Θέμι. VIII. Ὄλβιος. IX. Χάζεο, χάζεο. X. Κατ-

x. Καππαδόκων. xi. Ὄμνυμεν. xii. Ῥώμη. xiii. Μαρτινιανοῦ. xiv. Οὔ ποτ' ἐγώ. xv. εἰς Λίβιον, *in Liviam*. Inc. Εἷς δόμος. xvi. Ὤφελες. xvii. Αἲ αἴ. xviii. εἰς Εὐφήμιον, *in Euphemium*. Inc. Ἦν δυάς. xix. Ῥήτωρ. xx. Εἰκοσέτης. xxi. Χρυσείης. xxii. Στράψε. xxiii. Τίς τίνος; xxiv. Ἔρνος. xxv. Αἱ Χάριτες. xxvi. Κρῆναι. xxvii. εἰς Ἀμφιλόχιον, *in Amphilochium*. Inc. Ἤλυθε. xxviii. Ἄσμενος. xxix. Ἀμφίλοχος. xxx. Τυτθὸν μέν. xxxi. Τὸν ῥήτρην. xxxii. Ῥητῆρες. xxxiii. Ἠρίον. xxxiv. εἰς Νικομήδην, *in Nicomedem*. Inc. Οἴχεσαι. xxxv. Δέρκεο. xxxvi. Ὕςατον. xxxvii. εἰς Καρτέριον, *in Carterium*. Inc. Πῆ με λιπών. xxxviii. Ὦ πηγαί. xxxix. Ἥρπασας. xl. Ὦ Ξωλῶν. xli. εἰς Βάσσον, *in Bassum*. Inc. Βάσσε φίλ' ὅς. xlii. Ὡς Ἀβραάμ. xliii. εἰς Φιλτάτιον, *in Philtatium*. Inc Ἤϊθεον. xliv. Εὐσέβιος, Βασίλισσα. xlv. εἰς Ἑλλάδιον, *in Helladium*. Inc. Αἰεὶ σοι νόος. xlvi. Τὸν νεαρόν. xlvii. Μικρὸν μέν. xlviii. εἰς Γεώργιον, *in Georgium*. Inc. Καὶ σύ. xlix. εἰς Εὐπράξιον, *in Eupraxium*. Inc. Χώρης τῆσδ'. l. εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν, *in Caesarium fratrem*. Inc. Σχέτλιός ἐςιν. li. Γρηγόριε. lii. Ὥριος. liii. Τόνδε λίθον. liv. Γῆρας ἐμόν. lv. Οὐκ ἄγαμ', ὐκ ἄγαμαι. lvi. Πᾶσαν, ὅση. lvii. Πάντα κασιγνήτοισι. lviii. Κάλλιμον. lix. Σεισμῶν. lx. Γρηγορίυ, Νόννης τε. lxi. Καισαρίυ φθιμένοιο. lxii. Εἴ τινα. lxiii. Χεὶρ τάδε. lxiv. Γείτονες. lxv. Κλῦθι. lxvi. εἰς Γοργόνιον, *in Gorgonium*. Inc. Γρηγορίυ Νόννης τε φίλον. lxvii. Οὐδὲν Γοργόνιος. lxviii. Κτῆσιν ἑήν. lxix. εἰς τὸν πατέρα, *in patrem*. Inc. Ἔνθ' ἑκατονταέτης. lxx. Ἔκ με πικρῆς. lxxi. Εἴ τις ὄρυς. lxxii. Αὐτὸς νηόν. lxxiii. Οὐκ δίς. lxxiv. Ὄλβιος, εὐγήρως. lxxv. Γρηγόριος, ποιμήν τε. lxxvi. Γρηγόριος, τόδε θαῦμα. lxxvii. Τυτθὴ μάργαρος. lxxviii. Ποιμενίην. lxxix. Στράψε μὲν οἷς. lxxx. εἰς τὴν μητέρα ἐκ τῦ θυσιαςηρίυ προσληφθεῖσαν, *in matrem ex altari adsumtam*. Inc. Παντός σοι. lxxxi. Πῶς ἐλύθη. lxxxii. Σάῤῥα σοφή. lxxxiii. Ἐμπεδόκλεις, κ. λ. in fine cuius legitur versus pentameter, qui abest ab editione Muratoriana, Τῇ μὲν χριςοτόκον παῖσι δ' ἀριςοτόκοις. lxxxiv. Ἥρακλες. lxxxv. Γρηγόριον βοόωσα. lxxxvi. Τέκνον ἐμῆς. lxxxvii. Ἄλλη μέν. lxxxviii. Ψυχὴ μέν. lxxxix. Πῶς θάνεν. xc. Εὐχομένη βοόωσα. xci. Πολλάκις ἔκ με. xcii. Νόνναν ἐπυρανίοισιν. xciii. Εὐχαί τε. xciv. Μύνη σοι φωνή. xcv. Οὐδ' ἔθανεν. xcvi. Νόνν' ἱερή. xcvii. Γρηγόριος Νόννα τε. xcviii. Πολλὰ τράπεζα. xcix. Ἔνθα ποτ' εὐχομένης. c. Τίς θάνεν. ci. Ἔνθα ποτ' εὐχομένη. cii. Ῥίζης εὐγενέος γενόμην. ciii. Πίςις Ἐνώχ. civ. Οὐ νόσος. cv. Δῶκε Θεῷ. cvi. Σάῤῥα φίλη. cvii. Ἡ τριὰς, ἥν. cviii. Οὔποτε. cix. Ἄγγελος. cx. Νηὸς ὅδ', ὐ γὰρ ὅλην. cxi. Ἄλλος μὲν Νόννης. cxii. Νόννα φιλτατίυ. cxiii. Ἅρματι μέν. cxiv. Ἐνθάδε Νόννα. cxv. Τάρβος ὁμῦ. cxvi. Εὐχῆς. cxvii. Νόννης ἠρίον. cxviii. Δακρύετε. cxix. Νόννης ἁζόμενος. cxx. Ἔνθα ποτ' εὐχομένη. cxxi. Στήλη σοι. cxxii. Μικρὸν ἔτι. cxxiii. Πέμψατε. cxxiv. Ἔκ με θεός. cxxv. Νόνν' ἀπανιςαμένη. cxxvi. Νόννα φίλης. cxxvii. Ἔνθα ποτ' εὐχομένης ψυχὴ δέμας. cxxviii. Ἐκ νηῦ. cxxix. Ἥδε τράπεζα θεῷ. cxxx. Εἴη σοι βίος. cxxxi. παρὰ τῶν γονέων, *ex persona parentum*. Inc. Ἀσπάσιοι. cxxxii. εἰς τὸν πάντων αὐτῶν τάφον, *in ipsorum omnium sepulcrum*. Inc. Λᾶας ὁ μέν. cxxxiii. Πρῶτος Καισάριος. cxxxiv. εἰς ἑαυτὸν, *de se ipso*. Inc. Πρῶτα μέν. cxxxv. Ἑλλὰς ἐμή. cxxxvi. Γρηγορίυ Νόννης τε φίλον τέκος. cxxxvii. Τυτθὸν ἔτι ζώεσκες. cxxxviii. Ἔκ με βρέφυς. cxxxix. Πατρὸς ἐγώ. cxl. Epitaphia xii. in magnum Basilium, quae inc. Σῶμα δίχα ψυχῆς. Des. τήνδε δυωδεκάδα. Exstant autem in cit. Billii edit. p. 152. & 153. Sequuntur nunc in edit. Muratoriana, cxli. εἰς Ναυκράτιον, *in Naucratium*. Inc. Ἰχθυβόλον. cxlii. Ναυκράτιος ςροφάλιγγι. cxliii. Ναυκράτιος πλεκτοῖο. cxliv. εἰς Μαξέντιον, *in Maxentium*. Inc. Αἵματος εὐγενέος γενόμην. cxlv. Πάλλετ' ἐμοί. cxlvi. εἰς Ἐμμέλιον μητέρα Βασιλείυ, *in Emmelium matrem Basilii*. Inc. Ἐμμέλιον. cxlvii. εἰς Μακρίναν ἀδελφὴν Βασιλείυ, *in Macrinan sororem Basilii*. Inc. Παρθένον αἰγλήεσσαν. cxlviii. εἰς Θεοσέβιον, *in Theosebium*. Inc. Καὶ σύ γε. cxlix. εἰς Γρηγόριον τῆς μητρὸς ἀδελφὸν, *in Gregorium matris fratrem*. Inc. Γρηγόριον μήτρως. cl. πρὸς τὺς ἐν μαρτυρίοις τρυφῶντας, *ad eos, qui in martyrum basilicis genio indulgent*. Inc. Εἰ φίλον. cli. Μάρτυρες, εἴπατε. clii. Μὴ ψεύδεσθ' ὅτι. cliii. πρὸς τὺς ἀνορύττοντας τάφυς προφάσει μαρτύρων, *in effodientes sepulcra praetextu martyrum*. Inc. Τρισθανέες. cliv. Παῖδες χριςιανῶν. clv. Δαίμοσιν εἰλαπίναζον. clvi. κατὰ τυμβωρύχων, *in sepulcrorum effossores* (1). Inc. Μηκέτι πηκτὸν, κ. λ. Deinde sequuntur usque ad p. 127. *b*. alia Epigrammata eiusdem argumenti eodem fere ordine, quo ea vulgavit Muratorius loc. cit. a p. 141. ad p. 168. sibi ad Antonio Maria Salvinio communicata, & ex hoc Codice decerpta: in quo tamen p. 126 inter Epigrammata Πρός τε Θεοῦ ξενίυ, & Πάντα λιπὼν, quae in edit. Murator. incidunt in pag. 150. hoc interiacet distichon:

Οὐκ οἶδ' ὅν τινα τύμβος ἔχοι νέκυν, ἀλλ' ἐρέωγε
Δάκρυ' ἐπισπένδων τοῖς ἀπάθοις ὁ δράσας.

Hic succedunt cit. pag. 127. *b*. iambica Carmina xvi. eiusdem argumenti, quae versus simul continent lxxvi. Primum inc.

Τὸν τυμβοφόντην τὸν τάφων ἀλάςορα. Vltimum des. pag. 128. *b*.

Τάφυς διοχλῶν τῶν πάλαι τεθνηκότων.

Invenies haec in edit. Bill. a pag. 202. ad 204. licet ordine prorsus immutato, nam quod in nostro primum est, in illa secundo loco positum invenies, &c.

XCVII. p. 128. *b*. Alia tria occurrunt Epigrammata a Muratorio edita loc. cit. quorum I. in Prohaeresium Sophistam inc. Μηκέτι Κεκροπίη, pag. 1. II. in Thespesium Grammaticum, Αἲ αἴ καὶ σὺ θάνες, p. 3. III. in

(1) Gregorii tempore crudelis consuetudo invaluerat, ut deiicerentur tumuli vel splendidissimi, non alia de caussa, quam quod ibi thesauri crederentur reconditi. Qui hoc ausi sunt, τυμβωρύχοι, idest *sepulcrorum effossores* appellabantur.

in Eupraxios, Οὐδὲ μὲν ἐν τυμάτοις, p. 168.

XCVIII. pag. ead. *Eiusdem de Heliae miraculis*, Carmen iambicum versuum xxx.

Inc. Τοσαῦτα θαύμαθ' Ἠλίυ τῦ Θεσβίτυ.

Des. Ἤγειρεν, ἐγγὺς συντεθέντων ὀςέων.

In edit. Bill. p. 204.

XCIX. pag. 128. *Eiusdem in Sigantium eremitam*, iambici versus ix.

Inc. Χαίρων μὲν ἦλθον. Ibid. pag. 180.

C. p. ead. *Eiusdem in secessionem a mundo*, dodecastichon iambicum.

Inc. Ἄλλοι μὲν εὖπλυσι, κ. λ.

Des. Μὴ τυχόντ' ἀμφοῖν φίλοιν. Ibid. p. 181. ubi decem versibus Carmen auctius.

CI. p. ead. *Eiusdem lamentatio ad Christum*, heptastichon iambicum.

Inc. Οἴμοι ςενῦμαι, κ. λ. Ibid. p. 178.

CII. p. ead. *b. Eiusdem ad Deum*, aliud heptastichum.

Inc. Ἐγὼ τραπέζης, κ. λ. Ibid. p. 197.

CIII. p. ead. *Eiusdem lamentatio alia ad Christum*, versibus iambicis vii.

Inc. Οἴμοι ςενῦμαι, κ. λ. Ibid. p. 178.

CIV. p. ead. *Eiusdem paraeneticum*, heptastichon iambicum.

Inc. Κόσμον πόριζε τῷ παρόντι. Ibid. p. 180. cui succedunt alii iv. iambici, quorum initium: Μηδὲν περιοσὸν ἀλλὰ, κ. λ. quos reperies ibid. p. 181.

CV. p. ead. *Eiusdem Oratio ad Christum*, versibus iambicis iii.

Inc. Ἐπίςατα κλύδων, κ. λ. cui succedit alia item similis Oratio versibus vii. Inc. Τολμῶ φράσαι τι. Ibid. p. 176. ubi tamen ex hisce duobus Carminibus unum tantum decastichon fit.

CVI. p. ead. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν νόσον. *Eiusdem in morbum*, dodecastichon.

Inc. Νοσῶ νοσῶ μέν. Ibid. pag. 178.

CVII. p. ead. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὺς φθονῦντας. *Eiusdem in invidentes*, dodecastichon.

Inc. Ἐξ ὖ Θεῷ προσῆλθον. Graece edidit Hoeschelius Lugd. Bat. MDXCV. p. 87.

CVIII. p. 130. *Eiusdem in idem argumentum*, aliud dodecastichon.

Inc. Τριὰς, σάυ με, κ. λ. Apud Tollium p. 84.

CIX. p. ead. *Eiusdem ad plebem Anastasiae*, dodecastichon.

Inc. Ποθῶ, ποθῶ σε. Ibid. p. 90.

CX. p. ead. *Eiusdem in idem argumentum*, aliud dodecastichon.

Inc. Σιὼν ὁδοὶ μέν. Ibid. p. ead.

CXI. p. ead. *Eiusdem in invidos*, dodecastichon.

Inc. Φθέγγοισθ' ἅπαντες. Ibid. pag. 84.

CXII. p. ead. *b. Eiusdem in idem argumentum*, aliud dodecastichon.

Inc. Οὔ μ' ὐθ' ἁμαρτάς. Ibid. p. 86.

CXIII. p. ead. *Eiusdem de se ipso*, tristichon iambicum.

Inc. Τριὰς λαλοῖτο. Des. παύσομαι. Edidit Muratorius p. 173.

CXIV. pag. ead. *Eiusdem in invidos*, dodecastichon iambicum.

Inc. Μετῆλθον, ἦλθον. Apud Tollium p. 88.

CXV. p. ead. *Eiusdem in idem argumentum*, aliud dodecastichon iambicum.

Inc. Τείχη, πυλῶνες. Ibid. pag. 88.

CXVI. pag. ead. *Eiusdem ad Christum in morbo*, heptastichon iambicum.

Inc. Πῆξόν με Χριςέ. Des. βαλοίμην ἔτι.

In edit. Bill. Paris. p. 180. ubi tamen in duo divisum Carmina.

CXVII. p. 131. *Eiusdem alia precatio ad Christum*, versibus iambicis vii.

Inc. Τολμῶ τι λέξαι. Des. ϗ καθαρσίων.

Ibid. p. 181. pars est Carminis, quod inc. Τέθνηκα, τῷδε, κ. λ.

CXVIII. pag. ead. *Eiusdem ad Diabolum*, heptastichum.

Inc. Οὗτος πόσον παίζεις με ϗ κακοῖς πόσον.

Des. Τόνγε νοῦν ὐ πείσομαι. Ibid. p. 178. pars est iambici Carminis, quod inc. Ἤλθες μὲν ἦλθες, κ. λ.

CXIX. p. ead. *Eiusdem in morbum*, tristicha tredecim, & unum tetrastichum, quorum primum

Inc. Ἦν, ἦν, ὅτ' ἤνθυν· ἀλλὰ νῦν εἰμ' ἄχλοος.

Vlt. des. Δέχυ με σῶτερ· μὴ πρόη τὴν εἰκόνα, quae ultima sic corriguntur in marg. πλὴν κάθαρσις ἐνδεής. Exstant apud Tollium a p. 100. ad 104. Inter haec tamen inseritur tetrastichon, Φεῦ ϛ κρίσιν δέδοικα, quod edidit Hoeschelius p. 98.

CXX. pag. ead. *b. Eiusdem ad Christum*, alia tristicha duo. Primum inc. Πάλιν προσῆλθεν. Des. ἐχθρὸς ἁρπάσῃ, & est prima pars heptastichi, quod incidit in cit. edit. Paris. p. 252. cuius altera pars, quae inc. Φεῦ ϗ κρίσιν, κ. λ. inter tristicha Tolliana mox allata interiacebat. Secundum inc. Ζῶ καὶ τέθνηκα. Ibid. p. 252.

CXXI. pag. ead. *Eiusdem in Diabolum*, heptasticha tria. Primum inc. Πόσον πιέζεις δή με, κ. λ. Des. τόνδε νῦν ὐ πείσομαι. Est secunda pars iambici Carminis, quod ibid. pag. 178. inc. Ἤλθες μὲν ἦλθες, & paucis initio immutatis idem est, atque illud, quod superius adnotavimus N. CXVIII. & incipiebat: Οὗτος πόσον, κ. λ. Secundum inc. Ἤλθες μὲν ἦλθες. Des. παραςάτην. Est prima dicti Carminis pars. Tertium inc. Ἄπελθ' ἄπελθε δυσμενές. Des. λιθάζομαι. Ibid. p. 178.

CXXII. p. ead. *Eiusdem ad Christum*, alia duo heptasticha iambica. Primum inc. Μή συ λαθοίμην. Des. ϗ νοήμασιν. Secundum inc. Οἴμοι προσῆλθε, Χριςέ μου. Des. λῃςὴν ἐκ ξύλυ. Ibid. pag. 176. ubi tamen secundum Carmen uno versu est auctius.

CXXIII. p. 132. *Eiusdem ad animam suam*, pentametri quinque duodecim iambicis senariis interiecti.

Inc. Ἔργον ἔχεις ψυχὴ, καὶ μέγα, ἢν ἐθέλῃς.

Des. μή τί πάθῃς καμάτω. Ibid. p. 176.

CXXIV. p. ead. *Eiusdem ad Christum*, iambici versus ix.

Inc. Ἐζημίωμαι, Χριςέ. Des. καὶ σήσεις βλάβην. Ibid. pag. 177. ubi in duo dividuntur Carmina. Succedit in idem argumentum tristichon, Πάλιν προσῆλθεν ὁ δράκων, κ. λ. Ibid.

CXXV.

CXXV. pag. ead. *Eiusdem* alia diversi argumenti heptasticha, quorum I. *in Diabolum* inc. Καὶ τοῦτο τῆς σῆς, ὦ κάκιστε. II. *in eumdem* inc. Θεὸν βοῶ. III. *ad animam suam* inc. Ποῖ θυμὲ βαίνεις. IV. *lamentatio ad Christum* inc. Εἴ μοι πονήρως. V. *ad eumdem* inc. Καινὸν, καινόν. VI. item ad eumdem inc. Εἰκὼν κενοῦται, κ. λ. & est octastichum. Ib. p. 177. VII. *precationis matutinae* inc. Ὄρθρος δίδωμι. VIII. *precationis vespertinae* inc. Ἐψευσάμην σε. Ibid. p. 176.

CXXVI. p. 133. *Eiusdem in vitae exitum*, dodecastichon. Inc. Παρῆλθεν ἄνθη, καιρός. Des. τῇ ποδηγίᾳ μάκαρ. Ibid. p. 179.

CXXVII. p. ead. *Eiusdem ad Christum*, heptastichon. Inc. Τέθνηκα τῷδε τῷ ταλαιπόρῳ βίῳ. Des. τὸν δεσπότην. Pars est prima Carminis ita incipientis, ib. p. 181. cuius alteram partem superius recensuimus N. CXVII.

CXXVIII. p. ead. *Eiusdem sermocinatio cum mundo*, versibus iambicis XII. Inc. Δικάζομαί σοι. Des. οὕτως ἔχει. Ibid. p. 179.

CXXIX. p. ead. *Eiusdem in invidentes*, Carmen iambicum versuum XXXIII.

Inc. Δίκη, δικασταὶ, καὶ νόμοι, καὶ βήματα.

Des. Τοῦτο μὲν ἡμᾶς οὔτις ἐκβάλλει φθόνος.

Ibid. p. 251.

CXXX. p. ead. *b. Eiusdem ad Christum*, iambici versus XXI. Inc. Οἴμοι κέκμηκα. Des. τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν. In cit. edit. Paris. p. 197. sed per errorem typographi est 191.

CXXXI. p. ead. *Eiusdem ad eos, qui per speciem amicitiae eum secundo fefellerunt*, dodecastichon iambicum. Inc. Δὶς, οἶδα τοῦτο, φεῦ. Des. πῶς τόσοις ἐλαύνομαι; Ibid. p. 197. Latine tantum; Graece vero & Latine apud Tollium p. 92.

CXXXII. pag. ead. *Eiusdem ad Christum*, dodecastichon. Inc. Τίς ἡ τυραννίς; Des. ἠδίκημαι, Χριστέ μου. Ibid. p. 195.

CXXXIII. pag. 134. *Eiusdem* heptasticha duo iambica. Primum *de se ipso*, inc. Ἐξηπάτημαι, Χριστέ μου. Ibid. p. 197. Secundum *ad non amicos*, inc. Οἱ συνθύται, τέθνηκα τῷ φθόνῳ μόγις. Ibid. p. 251.

CXXXIV. p. ead. *Eiusdem de malis amicis*, pentastichon iambicum. Inc. Δεινὸν τὸ πάσχειν. Ibid. p. 182.

CXXXV. p. ead. *Eiusdem ad Christum*, pentastichon, & tristichon iambicum. Illud inc. Πέπονθα δεινῶν πλεῖστα. Hoc inc. Φίλοι, πολῖται. Ib. p. 178.

CXXXVI. p. ead. *Eiusdem de patientia*, dodecastichon iambicum. Inc. Ἐπεί με βάλλεις. Des. τὸ σκότος πόσον. Ibid. p. 180.

CXXXVII. p. ead. *Eiusdem ad Maximum Cynicum*, versus iambici LXV.

Inc. Τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σὺ, Μάξιμε, γράφειν;

Des. Τίς γὰρ κυνὶ πλέκοιτ' ἂν εὖ φρονῶν μάχην;

Ibid. p. 249.

CXXXVIII. p. 135. Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον. *Eiusdem de se ipso, & de vita sua*, versus iambici MDCCCCL.

Inc. Τὸ τοῦ λόγου θέλημα τῶν ἐμῶν κακῶν.

Des. Ἧς νῦν ἀμυδρῶς ταῖς σκιαῖς ὑφέμεθα.

Ibid. a pag. 1. ad pag. 31.

CXXXIX. pag. 154. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν, καὶ περὶ ἐπισκόπων. *Eiusdem in se ipsum, ac de Episcopis*, iambicum Carmen versuum DCCCXXXVI.

Inc. Ἴσως μὲν ἐχρῆν ὡς κακούμενον φέρειν.

Des. Πάλης θανούσης, ἢ φθόνος συνέρχεται.

Edidit Tollius loc. cit. a pag. 4. ad p. 72.

CXL. p. 163. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς τὰ ἔμμετρα γράφοντας. *Eiusdem ad eos, qui carmina scribunt*, iambicum Carmen versuum CIII.

Inc. Πολλοὺς ὁρῶ γράφοντας ἐν τῷ νῦν βίῳ.

Des. Χωρὶς κολοιῶν κ' ἀετῶν ὑψώματα.

In cit. edit. Paris. p. 248.

CXLI. p. 164. Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτόν. *Eiusdem de se ipso*, iambicum Carmen versuum CCXXV. cui praemittitur declaratio quaedam de ratione iambica carmina conficiendi. Inc. Ἦ πολλὰ πολλὰ γίνεται. Des. Μόνη γὰρ ἁπλότης. Ibid. a p. 243. ad 246. Praemittitur & in Cod. declaratio quaedam huius generis carminum conficiendi.

CXLII. p. 165. Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθενίας. *Eiusdem de virginitate*, iambicum Carmen versuum CC. Inc. Παρθένε νύμφη Χριστοῦ. Des. Τοῖς ἄνω μυστηρίοις. Ibid. pag. 299. ubi tamen sunt tantummodo centum, quum singuli editionis versus in duos dividantur in Codice.

CXLIII. p. ead. *b.* Τοῦ αὐτοῦ ὕμνος ἑσπερινός. *Eiusdem hymnus vespertinus*, versuum L. Inc. Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν. Des. Εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Apud Tollium p. 96.

CXLIV. p. ead. *Eiusdem morientis*, tristichon. Inc. Ἄγγελοι αἰγλήεντες. Des. ἀλλ' ἱερῆα. Ibid. p. 104.

CXLV. pag. 166. Gregorii Nazianzeni Carmina excipit Νόννου παράφρασις εἰς Ἰωάννην. *Nonni paraphrasis in Ioannem*, versibus hexametris.

Inc. Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀρρήτῳ λόγος ἀρχῇ.

Concordat cum editione Nonni Friderici Sylburgi anni MDXCVI. a versu primo, usque ad versum 1469.

Καὶ θρασὺς Ἑβραίων πάλιν ἔννεπε λαὸς ἀκούων,

qui incidit in cit. edit. p. 107. Ioannis Cap. VIII. Reliqua desunt. Interim lectorem monemus, identidem Codicem ab edit. differre; cuius rei exemplo sit quaedam editi versus MC. p. 80. lacuna, quam ita ex nostro Codice supplemus:

Ζωῆς γὰρ τέλεν· εἶδαρ ἐτήτυμον ἡμετέρη σάρξ.

Codex Graecus membranaceus Ms. in 4. Sec. XI. minuto, & complicato charactere conscriptus, primis duobus foliis recentiori manu, Seculi nimirum XV. suppletis, mutilus in fine. Constat foliis 188. cuius specimen damus Tab. IV. N. IV.

Inter versum vero 692. & 693. a Codicis nimirum pag. 172. *b.* ad 181. interiecta sunt 8. folia, fragmentum Heroici poëmatis Eudociae Augustae in laudem SS. Cypriani, & Iustinae mm. continentia, quae fortasse ipsi Paraphrasi praeerant olim, huc deinde a bibliopego per errorem in resarciendo Codice inserta. Indicio est numeratio in extremis adiecta paginis; nam quum

 Gre-

Gregorii Carmina desinant in pag. 163. sequens, a qua Nonni Panopolitae Paraphrasis incipit, numero 174. designatur, qui licet deletus sit, eius tamen antiqua quaedam vestigia supersunt. Sed antequam Poëma ipsum proferamus, pauca de Eudocia praefari libeat. Fuit igitur Leontii Sophistae, & Philosophi Atheniensis filia, ab eoque in omni doctrinarum genere, mirifice exculta. Anno CCCCXXI. aetatis suae XX, quum Theodosio Imperatori nupsisset, Christianam amplexa fidem, ab Attico Constantinopolitano Episcopo salutari lavacro refecta est, qui eam pro Athenaide Eudociam nominavit [1]. Anno CCCCXXXII. a Theodosio renunciatur Augusta, qui eam ob singularem pudicitiam, & egregiam formam, plurimum dilexit, usque ad annum CCCCXLV. quo violatae fidei, & adamati nimium Paullini ex levissima quidem caussa [2] Imperatoris in suspicionem venit. Quare Eudocia suae conscia integritatis, secessit Hierosolymam, ubi Ecclesiis aedificandis, ornandis, ac pauperibus sublevandis per multos annos incubuit. Tandem, ut vult Caveus [3] in mariti gratiam rediit, quocum deinceps pacifice vixit. Illo tamen morte sublato, Palaestinam repetens, quod supererat vitae, pio otio dicavit, ibique A. CCCCLX. imperante Marciano diem ultimum clausit, ut habet Sixtus Senensis Lib. IV. Biblioth. Sanctae p. 227. Parisiensis edition. A. MDCX. Quumque teste Evagrio Scholastico Lib. I. Historiae Ecclesiasticae Capp. XX. XXI. XXII. muros Hierosolymitanae urbis instaurasset, templum splendore, ac pulcritudine eximium, primo omnium Diacono, ac Martyri Stephano aedificasset, in eo postmodum deposita est. In poëtica facultate reliquos suae aetatis poëtas longe superavit; scripsitque Graece poëmata plura, quorum stylum mirifice Photius depingit. Ea vero sunt:

I. *Centones Homerici*, de quibus videndus Oudinus l. c. ac Fabricius Biblioth. Graec. Lib. II. Cap. VII. Tom. I. p. 357. Exstant Gr. & Lat. in Collectione Poëtarum Christianorum Bigneana Parisiis MDCXXIV. pag. 95. Immane quantum errat Aubertus Miraeus Auctar. p. 307. qui hos Centones Eudociae Augustae, Constantini XII. cognomento Ducae, qui obiit A. MLXVII. uxori tribuit.

II. *Metaphrasis Octateuchi heroico Carmine condita, Libris VIII.*

III. *Metaphrasis Prophetiarum Zachariae, & Danielis*. In his metaphrasibus sacrum textum κατὰ πόδας expressisse Eudociam, nihil addendo, nil mutando testatur Photius; adeo ut pro legitimis sacrorum librorum versionibus haberi possent.

IV. *Poema Heroicum in victoriam a Theodosio marito ex Persis reportatam*; cuius meminit Socrates Lib. VII. Cap. 21.

V. *Historia B. Cypriani martyris, & Iustinae virginis Libris III.* heroico carmine conscriptis comprehensa. Huius itaque Poëmatis partem non exiguam, in medio Poëmate Nonni Panopolitae in Evangelium S. Matthaei interiertam, ab interitu vindicare nobis datum est. Incredibilem adhibuimus diligentiam, non modo, ut tam insigne Eudociae monumentum ex antiquissimo Codice minutis & evanidis plerumque litteris exarato, erueremus; sed etiam ut illud Latinis musis redderemus (qua quidem in re tot tantisque difficultatibus obsita, nobis praesto fuit optimus, ac praestantissimus Iuvenis, Antonius Sartius, familiaris noster, ac studiorum adiutor) nostra haec tentamina aliis expolienda relinquentes, quibus maius suppetit otium, ac mitiores sunt musae. Interea nos tam pretiosum Eudociae de Divo Cypriano monumentum, omnium primi, aeterno litterariae Reip. bono, in lucem proferre gloriamur; ipsiusque Poëmatis, cuius maxima libri primi & secundi pars interiit, tertium vero totum longa abstulit aetas, argumento sint, quae Photius CPolitanus Patriarcha in sua Biblioth. Cod. CLXXXIV. memoriae prodidit.

Praeter ea, quae de S. Cypriani vita, & martyrio habemus apud Theodoricum Ruinart in actis Martyrum, possunt & alia multa proferri, quae de eius laudibus S. Patres conscripserunt. Prae omnibus in eo laudando excelluit S. Augustinus, qui Sermones quinque ad Populum Carthaginensem habuit novae editionis Serm. CCCIX. seqq. Homilias duas de eo edidit S. Maximus Taurinensis Tom. V. Biblioth. Patrum edit. Colon. unam Petrus Chrysologus. De eodem egregium habuit Sermonem S. Fulgentius Ruspensis Episcopus. Nec praetereundus Graecos inter Patres Gregorius Nazianzenus. Verum in eius de S. Cypriano oratione illud est incommodi, quod Magnum Cyprianum Carthaginensem Episcopum cum nostro Cypriano, qui ex mago Christianus factus, cum Iustina Virgine, quam veneficiis frustra corrumpere tentaverat, martyrium Nicomediae sub Diocletiano subiisse fertur. In eumdem scopulum impegisse videtur Prudentius in hymno de S. Cypriano, & Eudocia Augusta, ut ex Photii testimonio, & ex hoc ipso Poëmate videre est. Sed prius Photium ipsum audiamus, qui loc. cit. haec habet.

Hoc ipso item volumine continebantur, simili versuum forma conscripti, libri tres in laudem B. Cypriani martyris: ostendebantque vel ipsa carmina, ut liberi matrem solent, hunc quoque Augustae partum esse legitimum. Primus horum liber res B. Iustinae martyris persequitur, ut in Christianorum illa numerum adoptata, parentes quoque suos ab idolorum ad veri Dei cultum transtulerit: utque amore quidam eius captus, frustra illa sollicitata, ad Cypria-

(1) Vid Socrat. Histor. Eccles. Lib. VII. C. XXI.
(2) Consule Oudinum de Scriptorib. Ecclesiast. Tom. I ad A. CCCCL. p. 1263.
(3) In Histor. Scriptor. Ecclesiastic. ad A. CCCCXXI.

tum magicis deditum artibus se contulerit, rogans perdite amanti succurrat, ac puellam sibi obsequentem reddat. Addit Cyprianum omnes magicae artis rationes incassum tentantem, violentissimos quosque, ac perniciosissimos daemones oppugnandae virginis castitati immisisse: hos vero pudore suffusos, victosque sacrosanctae crucis signo, reiectos fuisse, ut ex illis ipsis cognorit. Quare propensum suum in improbos illos spiritus animum deposuisse, omnesque adeo magicos libros flammis tradidisse. Christiana denique fide imbutum, mox etiam baptizatum esse, ac templi ianitorem constitutum. Quin & charismatum dona a Deo accepisse, itaque morbis alios, alios daemonibus liberasse, donec tandem Archiepiscopi quoque dignitate ornaretur. Et haec quidem liber habet primus. Secundus deinde, dum a capite paullo altius res Cypriani arcessit, ipsummet narrantem inducit, suum iam inde a pueritia in idola studium, cultumque daemonum, & discendae magicae artis cupiditatem, atque conatum. Quaenam dehinc alia de herbarum variarum stirpium, atque animantium natura didicerit, utque varia etiam daemonum ludibria viderit. Quomodo item Athenis Argos, indeque in Phrygiam profectus, daemonibus ubique sacrificus constitutus fuerit, ac multam magicae artis exercitationem collegerit. Pergit adhaec narrare, ut in Aegyptum eorumdem caussa venerit, atque ad Indos accesserit, quaeque ibi inopinata, & valde absurda, cum alia, tum simulacra viderit atque observarit. Addit se, quum tricesimum iam aetatis annum attingeret, ad Chaldaeos venisse, eorumque litteris institutum, Astrologiam accurate perdidicisse, quaeque alia cognitu digna apud illos viderentur. Omnia tandem haec vidisse refutata, quando stulto, seu potius animis pernicioso labore hisce artibus impenso, a Iustina martyre repulsus est. Commemorat item heic nonnulla, quibus alium se ipse interdum magicis artibus exhibuit, aliosque interdum transformavit: utque a daemonum cultu discedens, cacodaemonem minitantem, & ad desperationem usque territantem senserit, ac quomodo horum sit metu liberatus, quum in pium virum incidisset, cui Timotheo nomen. Quomodo praeterea Antiochiae apud frequens auditorium narraverit, nefanda multa se, ac prodigiosa effecisse, quibus homines ita decipiebat, ut pro Deo ipsum haberent. Lacrymis itaque ac luctu genas ob haec humectantem, ex memoria improborum facinorum in salutis desperationem iterum delapsurum fuisse, nisi Eusebius quidam optimus ad pietatem & poenitentiam dux, sacrae scripturae alloquiis, sacrisque narrationibus, desperationis nebulam dissipans, clarae spei radiis eum illustrasset, & in domum suam deductum cibum capere iussisset, trium dierum inedia iam maceratum. Refert item, ut in sacrum ab illo templum fuerit adductus, & sua ipse manu coram multitudine magicae artis suae libros allatos flammis tradiderit, ac bona insuper sua pauperibus distribuerit, atque ad Christianorum inde coetum aggregatus sit. Eusebius autem hic, ait, sacerdotii dignitate exornatus erat. Accedit quomodo Aglaidas, gravis ille Iustinae procus, quum voti compos factus non esset, bona quoque fortunae pauperibus omnia erogaverit, & daemonibus tamquam deceptoribus nuncio remisso, Christianis sese sacris addixerit: in quo secundi libri finis est.

Tertius denique martyrium complectitur B. Cypriani, & clarae virginis Iustinae, qui Diocletiano & Maximino Romae imperantibus, morte testimonium dixerunt Fidei. Vna enim ad martyrii lauream abrepti sunt: Cyprianus quidem ex patria & urbe Antiochia, cuius etiam archiepiscopatum post Anthimum administrarat: Iustina vero Damasco: ibi enim illa, postquam Antiochia migrarat (quae & ipsa virginis patria erat) palam Christum professa est. His ita captis, quum impii ille hominis sermonibus nihil moveretur, vinculis in sublime rapti latera raduntur; haec autem boum nervis caeditur. Verum ubi nihil illi de constantia remittere tyranno videntur, in custodiam eos seorsum reductos compingit. Vnde post evocatos, quum verbis frustra tentasset, in aeream sartaginem (pice, adipe, ac cera in eadem simul missis, multoque igne accenso) martyres Dei coniecit. Ibi quum athletae illi fortiter in cruciatibus perdurarent, ac potius velut in rore Deum, quod tormentis superiores evasissent, laeti laudarent, Athanasius quidam miser, daemonum sacerdos, B. Cypriano antea perfamiliaris, & assessor tum forte iudicis tormenta inferentis, mentis caecitate correptus, ausus est, Deos suos familiares invocans, in ignem quoque ingredi, sed dum miraculum extenuare nititur, si & ipse sine noxa ibidem perduraret, magis illud auxit. Confestim enim ab igne absumptus in cinerem versus est. Haesitans ergo iudex, decrevit martyres ad Diocletianum mittere, & ad eum, tum quae pertulissent tormenta, tum quemadmodum poenis essent omnibus superiores, perscribere. Quae quum Imperator Nicomediae intellexisset, praecipit martyres ad vicinum urbi flumen, cui Gallo nomen, capite truncari. Cum his, & eadem ipsa hora Theoctistus martyrii palmam accepit, pietatis suae hoc solo dato indicio, quod martyrem Christi salutasset. Reliquias istorum Sanctorum nautae quidam Roma eo nuper delati, quibus & Theoctistus martyr usus fuerat familiariter, clam custodibus abstulerunt, Romamque vexerunt, ubi & pulcrum ipsis templum Claudii foro proximum excitatum, opera Rufinae piae matronae, quae generis stirpem a Claudio Imperatore repetebat. Et haec quidem libro tertio.

Ex hac Photii Synopsi, quae totum Eudociae Poëma complectitur, intelligere licebit unicuique, unde fragmentum hoc a nobis prolatum, initium ducat, & ubi desinat. Sed ipsum Poëma aggrediamur.

* * * * * *

Πάντας δ' ἠϊθέους κεν ἀταρτηρῶς ἀπέπεμπεν,
Ὥς Χριστὸν μοῦνον μνηστὸν θεμένη τὸν ἄνακτα.
Ὅς δὲ λεὼν συναγείρας ἀνακτορίους κατὰ θώκους
Πρός ῥα βίην ἐθέλησεν ἀγαυὴν παῖδα μιγῆναι.
Ὅσσοι ἐσπετόωνθ' ἅμ' αὐτῷ αἰπὺ βόησαν·
Πάντες δ' ἐκ θαλάμων σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο,
Τεῦξαν δ' Ἀγλαΐδαο νεήλυδας εἶθαρ ἀΐστους.
Αὐτὸς δ' ἐν κραδίηφι φέρων ὅλον ἔνδον ἔρωτα,
Πληγεὶς, εὖτε μύωπι λαθὼν, πηχύνετο κούρην.
Ἡ δ' αἶψα Χριστοῦ κρατερὴν σφρηγῖδα τέλεσσεν,
Ῥίψεν δ' ὕπτιον εἶθαρ ἀναιδέα, χερσὶ δ' ἔθρυψε
Μορφὴν Ἀγλαΐδαο, καὶ οὐλοκόμους γε παρειὰς,
Ῥῆξεν δ' εἵματα καλὰ, ὅλοις δ' ἀπέδειξε γέλωτα,
Θέκλης ἀντιθέης τὸν ὁμὸν δρόμον ἐκτελέουσα.
Καὶ τὰ μὲν ὡς ῥέξασα Θεοῦ πάλιν ἦλθεν ἐς οἴκους.
Αὐτὰρ ὁ χωόμενος κακοεργέα λίσσετο φῶτα,
Δυσσεβέος μαγίης ὑποθήμονα Κυπριανόν γε,
Καὶ οἱ ὑποσχόμενος δοιὰ χρυσοῖο τάλαντα,
Λαμπροῦ τ' ἀργυρίοιο, ὅπως πείσειεν ἀνάγκῃ
Παρθένον οὐκ ἐθέλουσαν ἐπινεῦσαι φιλότητι,
Οὐ δεδαὼς Χριστοῦ κρατερὸν μένος ἀκαμάτοιο.
Οἰκτείρας δὲ μάγος δυερὸν βροτὸν, ἐξ ἐπαοιδῆς
Κίκλησκεν χαλεπὸν κακοεργέα δαίμονα ῥίμφα.
Ἀπτερέως δ' ἐλθὼν, τί μ' ἔφη καλέεις; ἀγόρευε.
Ὅς δ' ἔφατ', αἰνῶς μοι κούρης μιῆς Γαλιλαίης
Ἦτορ ἔρως ἐδάμασσε· σὺ δ' ἔννεπε, εἴ τέ μιν αὐτὸς
Λέκτροισιν δόμεναι κρατέεις; αἰνῶς ποθέω γάρ.
Ἄφρων δ' ἀντίπαλος δώσειν κατένευσεν ἄελπτα.
Κυπριανὸς δ' αὖθίς γε παλαμναῖον προσέειπεν·
Ἔννεπέ μοι τεὰ ἔργα, ὅπως φρεσὶ θάῤῥος ἔχοιμι.
Ὅς δ' ἔφατ', Ἀγγελικῶν στιχέων πάρος ἦα φέριστος,
Ἀλλά γ' ἐμῷ γενετῆρι πεπιθμένος, ἔλλιπ' ἄνακτα
Ἑπταπόλου σφαίρης τὸν ὑπέρτατον· ὅσσα δ' ἔρεξα
Εἰδήσεις· ἐρέω δέ. Πόλου καθαροῖο θέμεθλα
Ταὐτὸς ἐμῇ κακίῃ γε διάνδιχα θήκατα ῥέξας,
Καὶ στίφος οὐρανίων ναετῶν ἐς γαῖαν ἔριψα.
Μητέρα δ' αὖ μερόπων πάλιν ἤπαφον Εὔαν, ἀνάγκῃ
Νοσφισάμην δ' Ἄδαμον πολυγηθέος ἐκ παραδείσου,
Καὶ Κάϊνου παλάμην γνωτοκτόνον αὐτὸς ἔτευξα;
Αἵματι γαῖαν ἔδευσα· ἀκανθώδη δ' ἀναθάλλει
Καρπὸν ἀεικέλιον μερόπων γένει εἵνεκ' ἐμεῖο.
Ἐχθρὰ Θεῷ συνάγειρα θεήματα, καὶ κλοπίας δὲ
Εὐνὰς ἐγὼν ἐτέλεσσα· σεβίζεσθαι δ' ἀμενηνὰ
Εἴδωλα βρότεον νέον ἤπαφον, ἠδὲ θυηλὰς
Ἀνθρώπους ῥέζειν βλοσυρῷ κατεμήνυσα ταύρῳ.
Αὐτὸς καὶ κρατέοντα Θεοῦ Λόγον, υἱὸν ἄναρχον,
Ἐν σκόλοπι τανύσαι μαλερῷ σοβαροὺς ὀρόθυνα.
Ἄστεα συγκλονέω, καὶ τείχεα κάββαλον αἰπά·
Πολλοὺς δ' ἐξ ἔριδος θαλάμους ἐδόνησα χορεύσας.
Ἀλλά γε δὴ τάδε πάντα κακὰ καὶ ἀπείρονα τεύξας
Πῶς τῆσδ' ἠϊθέου μεγαλόφρονος οὐδὲ τυχήσω;
Κυπριανὸς δ' ἔνεπεν κακοτερπέϊ δαίμονι λυγρῷ,
Τήνδε λαβὼν βοτάνην κύκλῳ θαλάμου κατάδευσον
Κούρης αἰδέσιδος· ἀτὰρ ὕστατος ἵξομαι αὐτὸς,
Καὶ νόον ἐνθήσω κραδίῃ πατρώϊον αὐτῇ.
Ἡ δέ σοι ἐλδομένῳ μάλα πείσεται ἔμπερ ὀνείρῳ.
Παρθένος ἠΐθεος δὲ τότ' εἶδος ἔχουσ' ἐπὶ γαίης
Ὥρῃ νυκτελίῃ τριτάτῃ μέλπεν Θεὸν ἠΰν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πραπίδων μέσσον πελεμίζετο κούρη,
Ἐν φρεσὶν ᾗσι νόησεν ἀτασθαλίην κακοεργοῦ

* * * * * *

Omnes at iuvenes dictis dimisit acerbis,
Christum induta Ducem, soli cui nupserat illa,
Hic vero magnam templi ad subsellia turbam
Cogit, vique bonam tentat violare puellam.
Quotquot erant illi comites, ad sidera voces
Tollere, & armati thalamis prorumpere cuncti,
Aglaidaeque novam confestim pellere gentem.
At miser inclusum servans in pectore amorem,
Percussus, tamquam caeco latitaret, amatae
Virginis amplexus petiit; quae protinus almae
Signa crucis faciens, audentem turpia longe
Proiecit iuvenem resupinum, aptoque comantes
Crine genas manibus foedans vultumque, decoras
Abscidit vestes, cunctorumque ora resolvit
In risus, Theclae divina exempla sequuta.
Haec ubi facta, Dei rursus secessit in aedes.
His super accensus, pravum, magicaque potentem
Advocat arte virum, Cyprianum nomine, supplex,
Binaque promittens auri, argentique talenta
Hortatur, carae renuentia corda puellae
Cogat flagranti tandem concedere amori,
Ignorans, Christi virtus quam nescia frangi.
Tunc magus Aglaidae sortem miseratus iniquam;
Evocat actutum tenebrosum daemona cantu.
Adveniens subito, Quid vis? ait ille, profare.
Cui magus haec: Nostrum Galilaeae virginis ardens
Vicit pectus amor: thalamis hanc tradere nostris
Dic, tibi num liceat, namque est mihi magna cupido.
Annuit huic daemon temere insperata daturum.
At magus haec contra sceleratum, Nunc tua, dixit,
Facta doce, nostrae ut subeat fiducia menti.
Tunc ille: Angelicae fueram prius ipse cohortis
Optimus; inde mei genitoris iussa sequutus,
Regem, qui caeli septem supereminet orbes,
Deserui: quae tunc egi nosces modo, singula namque
Promere fert animus. Puri fundamina caeli
In partes discissa duas me auctore maligno,
Atque cohors superûm in terram deiecta colonûm.
Inde meis rursus decepta est fraudibus Eva
Primiparens, laetisque procul migrare viretis
Iussus Adam, dextraque Cain mactatus Abelus:
Caede madet tellus; hinc duros horrida sentes
Me propter, vilesque homini parit undique fructus.
Ipse inimica Deo spectacula taetra coëgi,
Et furtiva toris alienis semina fudi:
Vanaque mortales colerent idola recentes,
Ac torvo ferrent Tauro libamina, suasi,
Consiliis egique meis: Verbumque supremum,
Aeternam sobolem, dira trabe figere adegi.
Per me commotaeque urbes, eversaque celsa
Moenia, multorumque toros discordia gaudens
Turbavit: totque ipse malis, aliisque peractis
Millibus, audacem dubitem captare puellam?
Tum monstro magus haec tristique malisque fruenti,
Hoc cape gramen, ait, circumque adsperge cubile
Virginis intactae, veniensque novissimus ipse
Iniiciam patrios ima in praecordia sensus;
Illa tibi multum optanti per somnia cedet.
Virgo bonum interea, quum tertia noctis adesset
Hora, Deum, terrae vultum demissa, canebat.
Quum subito concussa gravi praecordia motu
Sensit, nequitiamque mali semiusta gerentem

Igne

Ἡμιτόμους πρησθεῖσαν ὀφρεῖς πυρί· θᾶττον ἄνακτα
Ἔγνω, τὸν ποθέεσκεν, ἀτὰρ σημήνατο χειρὶ
Σταυρῷ πᾶν δέμας· αἶψα γεγωνήσασα δ' ἔειπεν.
Πάντων δεσπόζων, Θεὲ κύδιμε, παιδὸς ἀχράντου
Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέτωρ, ὃς ταρταρόεντα
Αἰνοπέλωρον ὄφιν ζοφεροῖς ἐπέδησας ἐν αὐλαῖς,
Οὓς δὲ πέδαις ζώγρησεν, ὅλους κύδιστ' ἐσάωσας,
Ὃς πόλον ἀστερόεντα τανυσσάμενος σέο χειρὶ,
Γῆν δὲ μέσον χάεος νοτίοις νώτοισιν ἔρεισας,
Ὃ φλογερὰς δαΐδας πώλοις τιτᾶνος ὄπασσας,
Μηνὴν ἀργεννὴν δὲ βοόζυγα νυκτὶ τέλεσσας,
Ὃ βροτὸν ἄνδρα τεῇ μορφῇ τεῦξας πανόμοιον,
Ὃν παραδεισιάδος καλιῆς κορέσασθαι ἄνωγας,
Θηρὸς δ' αἰνοτάτου ὄφεως ὑποθημοσύνῃσιν
Εὐδένδροιο πέδοιο λιασθέντα πάλιν αὐτὸς
Διζόμενος ἐσάωσας ἄναξ ἐλεήμονι θυμῷ,
Κείνου δὲ σκόλοπι πληγὴν τεῷ ἐξακέσαο,
Χριστοῦ ἐπωνυμίῃ πάντ' ἄλγεα τοῦδε καθήρας·
Τοῦδε γὰρ εἵνεκα πᾶσα φαείνεται ἀνδροφόρος γῆ,
Οὐρανὸς ἐκτετάνυσται, ἀτὰρ χθὼν ἠρείρισται,
Ὕδατα δὲ προχέονται· ὕλη δέ σε μοῦνον ἄνακτα
Βαλβὶς παντομέδοντα ἐπίσταται· ἐλθὲ, σάωσον
Σῇ κρατερῇ βουλῇ δμωὴν σέο, μηδέ με δεινὸς
Μῶμος νικήσῃ· σεῦ γὰρ χάριν, ἀφθιτοεργὲ,
Ἠνεκέως μενέμεν ἐθέλω μάλα παρθένος ἁγνή.
Κηρόθι γάρ σε φέριστε λίην ἀγάπαζον, Ἰησοῦ,
Δέσποτά μευ πολύαινε· σὺ γὰρ πυρσὸν φλεγέθοντα
Σεῖο ποθῆς πύρσευσας, ἐμῷ δ' ἐνεθήκαο θυμῷ.
Τῷ νῦν μήποτε σὴν δμωὴν δαμάσῃς ὑπὸ χεῖρα
Ἀντιβίου, στυγεροῖο, ἀθεσμίου, ἀντιθέοιο,
Μηδὲ πάρεξελθεῖν με μάκαρ σέο θέσφατ' ἐάσῃς,
Ἀλλ' ἀπάλακτ' ἀλάτην, συνθήμονα, αἰνοσοφιστήν.
Ὣς ἡ μὲν τὰ ἕκαστα πιφασκομένη, ἑὸν αἶψα
Σῶμα Θεοῦ σφρηγῖδι κεκορυθμένη, βδελυρωπὸν
Αὐτίκα δαίμονα σεῦ' ἐν ἐπωνυμίῃ Χριστοῖο,
Καὶ τὸν μὲν προέηκεν ἀτίμητον μάλα πάγχυ.
Ὃς δὲ σὺν αἴσχεϊ πολλῷ ἔβη κατενῶπα μάγοιο.
Δαίμονα Κυπριανὸς δ' εἰρώτεε, ποῖ πέλει αὕτη,
Ἣν σοι ἐγὼ κελόμην δεῦρ' ἀξέμεν ὅττι τάχιστα;
Ἔννεπε δ' ἀντίπαλος σάφα πάντα· μήτι μετάλλα·
Ἦ γὰρ ἐγὼ φοβερὸν περιδείδια σῆμα νοήσας.
Μειδήσας δὲ μάγος, χαλεποῖς ἔργοισι πεποιθὼς,
Κίκλησκεν πάλιν ἄλλον ἀταρτηρὸν Βελίαρον.
Κυπριανῷ δ' ἀγόρευε, μάθον καὶ σεῖο ἀνωγὴν,
Καὶ τοῦδ' αὖ κακότητα· ὅθεν γενέτης μ' ἀνέπεμπε
Σῶν ἀχέων ἐπαρωγόν. ὁ δ' αἶψα μάγος κεχαρηὼς
Ἔννεπε, τῇ τόδε δαῖμον, ὅλον δῶ παρθένου ἁγνῆς
Φαρμάκῳ ἐγκατάδευσον· ἐγὼ δ' ὄπιθεν σέο βαίνω,
Πείσειν δ' αἶψ' οἴω μιν. ὁ δ' ᾤχετο. Σεπτοτάτη δὲ
Παρθένος αἰδοίη νυκτὸς κατὰ μέσσον ἄνακτι
Εὐχωλὴν ἀνέπεμπε, τάδε ἐκ στομάτων προϊεῖσα·
Μεσσατίην κατὰ νύκτα ἐμῶν λεχέων ἀνοροῦσα
Ἐξερέειν κύδιστε ἁμαρτάδας, ἅσπερ ἔτευξα,
Εὐδικίης κατενῶπα τεῆς, κρίσεως δέ τ' ἀληθοῦς,
Ὦ κρατέων γενετῶν, ἐλεητύος ἄφθονε δωτὴρ,
Αἰθερίων νομοδῶτα, καὶ οὐρανίων ἐπίκουρε,
Ὃν γαίη τρομέει, καὶ ἀντιθέου ὀλοοῖο
Ὃς μένος αἰσχίστως ὄλεσας γενέτου· Ἀβραὰμ δὲ
Δεξάμενος θυσίην ὡσεὶ μεγάλην ἑκατόμβην·
Ὃς Βῆλον κατέριψας, ἐπί τε δράκοντα κατέκτας,
Καὶ διὰ σοῦ θεράποντος εὐσεβέος Δανιήλου
Περσῶν ἔθνεα πάντα τεὴν θεότητα δίδαξας·
Ὃς διὰ τηλυγέτου Χριστοῦ σέο παιδὸς ἅπαντα

Igne supercilia agnovit. Regem illico tota
Mente petens, votisque vocans, membra omnia signo
Muniit illa crucis, clamansque bis ora resolvit:
Summe Deus, qui cuncta regis, quo intacta parente
Edita progenies, Christus, qui in Tartara missum
Horrendum obscura religasti sede draconem,
Humanumque genus servasti compede rupto,
Qui manibus caelum stellis ardentibus aptum
Extendens, mediam super humida tergora terram
Firmasti, qui Solis equis ignita dedisti
Lumina, noctivagae formans iuga candida Lunae:
Quo satus, atque tua donatus imagine quondam,
Et paradisiaco satiari dulciter horto
Iussus homo, quique huic horrendi fraude colubri
Decepto, arboribusque sata regione fugato
Ferre iterum voluisti animo miserante salutem,
Illius atque tuo sanasti vulnera ligno,
Propellens cunctos Christi cognomine morbos.
Quem propter genitrix hominum comparuit omnis
Tellus, extensum est caelum, firmataque terra,
Vndaeque effusae: at solum te cuncta prementem
Imperio noscunt rerum fundamina Regem.
Adsis, atque tuam famulam tueare potenti
Consilio, ne me vincat derisor iniquus:
Incorruptorum nam te, faber alme, iuvante,
Virgineum cupio aeternum servare pudorem.
Scilicet ex animo dilexi te, optime Iesu,
Ac multum celebrande Deus; namque ignea amoris
Flamma tui succensa, meoque est indita cordi.
Ne famulam, ne quaeso, tuam adversantis, iniqui
Daemonis invisa subigi ditione, tuamque
Permittas umquam legem violare, beate:
Sed nunc tolle vagum, mendacem, foeda loquentem.
Haec ubi dicta dedit, divino protinus ipsa
Armavit corpus signo, Christique vocato
Nomine, deformem visu, turpemque fugavit,
Ac penitus spretum proiecit daemona longe.
Ille autem multo suffusus corda pudore
Adstitit ante magum, quaerentique, est ubi virgo,
Quam te huc actutum iussi deducere? clare
Cuncta docens, ait, Vlterius ne quaere; tremendum
Namque videns signum tremui formidine totus.
Subrisit, rursusque alium Cyprianus iniquum
Daemona, Thessalica confisus in arte vocavit.
Adfuit hic, lussusque tuos, & inertia novi
Corda, ait, alterius; meque huc pater ipse dolenti
Ferre tibi auxilium misit. Nec plura loquuto
Sic magus exsultans: Haec iam medicamina, daemon,
Accipe, & intactae totas line virginis aedes.
Ipse sequar, primisque, reor, congressibus illam
Seducam. His dictis abiit mandata facessens.
Nox erat, & Regi veneranda puella supremo
Mittebat de more preces, sic ora resolvens:
Corripui corpus media de nocte cubili,
Iustitiam ante tuam, Rex inclyte, iudiciumque
Verum, cuncta meae fassura piacula vitae.
O qui cuncta creata regis, misereris abunde,
Aetheriis leges ponis, caelestia firmas,
Quem metuit tellus, quo vindice turpiter olim
Totius sobolis cecidit furor impius: Abrae
Cui dilecta, boumque instar fuit hostia centum:
Ἤγαγε παρθενικὴν, ϗ αἶψα δόλος γε φαάνθη·
Οὐ γὰρ Ἰϐςίνης σεπτῆς μελέεσσιν ἐῴκει.
Ἔνθεν ἐγὼ τὰ ἕκαςα μαθὼν ςυγέεσκον ὄφιν γε.
Δὴ τότε ϗ ψογερῶν μερόπων ἀρχὸν μεταβάλλει,
Κάλλος ὅμοιον ἔχοντα σαόφρονος Ἰϐςίνης.
Ὡς δ' ἦλθ' Ἀγλαΐδαο μάλα σχεδὸν, εἶπε γεγηθὼς,
Χρύσεον εὖ μόλε κάλλος Ἰϐςίνης περιπύςϐ.
Ὡς δ' ὀνόμηνε κόρην, δαίμων φύγεν οὔνομ' ἀκϐσας,
Καί νύ κεν Ἀγλαΐδης τρομέων, τάχος ὤλεσε θυμόν.

Luditur ostiolum. Persarum at littora linquens
Antiochi Syriae magnam proficiscor ad urbem:
Multa ubi patravi magicas miranda per artes,
His zeli tribuens, illis medicamen amoris,
Invidiaeque aliis, & quae caro curat iniqua.
Heic procus Aglaidas quidam (quae plurima turba)
Accessit supplex, cuiusdam captus amore,
Nomine Iustinae, ibalamo hanc sibi iungier, orans.
Daemonis hinc primum nobis innotuit astus.
Irruit in castam nam tunc stipata puellam
Tota cohors, cui iura dabam, sed inanibus ausis
Versa retro. Aglaidae patronum ostendit inermem
Virginis alma fides, & inanes reddidit ausus.
At vigil Aglaidas multas perducere noctes,
Multa ego dum magice tento, cum daemone multa
Contendens: tandem hebdomadis bis quinque peractis
Cum sociis cunctis Stygiae dux ipse phalangis
Venit virgineo moturus praelia cordi.
[Scilicet haud solum Aglaidam subiecit ephebum,
Sed nostra iratus tetigit quoque corda Cupido]
Mirum erat Inferni tantas spectare catervas
Virginis edomitas votis, unaque draconem.
Haud etenim nostrum potuit depellere amorem,
Nil quamvis Belial in nos liquisset inausum.
At tibi (sic aggressus ego) si tanta potestas,
Fac amor e nostris abscedat, quaeso, medullis,
Ne tantos frustra cogamur ferre dolores.
Tunc Aquilam, Veneri qui praesidet, omnia dicta
Me coram complere iubet: tentavit at ille
Multa quidem, sed nil optato fine peregit.
Hinc patuit, monstrante Deo, plus omnibus unam
Inferni monstris naturam posse virilem:
At si quando hominem florentem viribus ille
Inveniat, tunc magna movens in corde superbit,
Haud illum humanae florem ratus esse iuventae,
Deque suo tantum tribuit sibi robore famam.
Vt forti qui vectus equo, bellique perito
Bella gerat, mutilus tamen ipse, & claudus utrinque,
Atque sibi magnum tribuens exsultet honorem.
Namque ubi crescentes iuvenes fax carpit amoris,
Ceu vapor ardentis vehemens attollitur ignis.
Sed mihi cum Stygiis bellum fuit hostibus acre,
Mutuaque inter se miscebant praelia dudum.
Tunc ego probrosa compellans voce draconem,
En tua magna, inquam, subito ceu fumus in auras
Fama perit. Propriam cernens obmutuit ille
Nequitiam. Magnis implens clamoribus auras,
Instabam misero, qui se virtute minorem
Agnoscens, tacitus convicia cuncta ferebat.
Dein tale aggressus facinus, si fallere posset
Aglaidam tentans, vanam pulcramque puellam
Illi deduxit; subito at comparuit astus:
Nam nullos Iustae referebat virginis artus.
Haec ego cuncta videns, serpenti dira precabar.
Tunc pravorum hominum regem, sapientis habentem
Iustinae similem formam, transmittit ad illum;
Qui laetus, propius venienti talia dixit:
Salve, Iustinae celebris forma aurea, salve.
Nec plura: audito Iustinae nomine fugit
Daemon, & Aglaidae mens protinus excidit omnis.
Ipse

(1) Quae heic innuuntur tantum Cypriani apud Antiochenos magicae operationes, eas pluribus verbis persequitur editio pag. 305.
(2) Ms. πρῶτος.
(3) Aglaidae nimirum, & Cypriani. Ita vero legitur pag. 308. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν τρίψαι ἠδυνήθη ὁ διάβολος, καίπερ πολλὰ πειρασθεὶς ἐπιτηδεῦσαι.

(4) Quum heic Aquilae nomine fornicationis daemonem indigitare videatur Eudocia, masculino genere efferendum in versione Latina existimavimus.
(5) Ms. ἠδ' ἄναυδος.
(6) Ms. μείων.

Ω῏ φίλοι, αὐτὸς ἔγωγε τελειομένῃσι παρήμην
Τῇσι κακοῤῥαφίῃσιν, ἐγὼ κούρης πόθον οἶδα
Ε'ς Θεὸν ὑψιμέδοντα, ἀναλκίην τε δράκοντος,
Αἴσχεα σὺν κείνῳ καταδέγμενος, ὕποτ' ἰαύων,
Παρβεβαὼς παρεόντι, γυνὴ δ' ἐξ ἀνδρὸς ἐτύχθην,
Καὶ πτερόεις ὄρνις· ὡς δ' ἐν προδόμοισιν ἔβαινον,
Φάσμα μὲν ᾤχετ' ἄϊςον, ἀτὰρ πάλιν αὐτὸς ἔμιμνον
Κυπριανὸς μαγίῃσι πεπιθμένος ὐτιδανῇσιν.
Οἶδα τὸν Α'γλαΐδην τεύξας πετεεινὸν ἔγωγε·
Υ'ψόσε δ' ἐν τέγεϊ κύρης ἐλθὼν ἐκάθητο.
Ω'ς δ' ἀπὸ φωτοφόροιο θύρης σεπτὴ βάλεν ὄμμα
Παρθενικὴ, κείνη μὲν εὔπτερον ὤλεσεν ὄρνιν.
Αὐτὸς δὲ πότμοιο πύλας ἤμελλε κιχῆσαι,
Κάμμορος ἑςηὼς, εὖτ' ὄρνεον ἄκρον ἐπ' αὐτὸ,
Εἰ μὴ τόνδ' ἐλέησε καλὴ κύρη πινυτόφρων,
Η῾ καὶ παρφασίην ἀγαθὴν μυθήσατο τῷδε,
Ο῎φρα μεθ' ἡσυχίης τρομέων Θεὸν οἴκαδε μίμνοι.
Ε'κ δ' αὐτὸν προδόμοιο τάχος χάζεσθαι ἀνώγει.
Οὐ νῦσος δ', ὐκ ἄλγος, ἀνιηρὸν δέ τι ἄλλο
Δάμνατο παρθενικήν· ϗ γὰρ κακὰ μυρία τῇδε
Ω῏ρσε κακοῤῥέκτης δαίμων· τοκέες δ' ἄρ' ἐκείνης,
Ι'ητρῶν βιότοιο παραιφαμένων τέλος εἶναι,
Μύροντ'· ἡ δ' ἀγόρευεν, ἐμοὶ φίλοι ὦ γενετῆρες,
Οὔτω μόρσιμόν ἐςι τέλος θανάτοιο ἐπισπεῖν,
Α'λλ' ἄλγος κραδίης γε πάρεςί μοι, ὐ μελέων δὲ,
Εὖτε δ' ἀπ' ἠερόφιν πυρόεις ἀτμός τις ἐπελθὼν
Σμύχει ἐμεῖο δέμας· ϗ ἄλλα δὲ πόλλ' ἐπὶ τοῖσιν
Παρθένυ ἠϊθέοιο καθ' ἅψεα χεύαμεν ἄμμες·
Η῾ δέ γε Χριςοφόρῳ ςαυρῷ κατενήρατο κείνη
Ι῎α πολυπλανέος κακοδαίμονος ἀντιπαλάμνυ.
Α'λλ' ὅτε οἱ γενετῆρας ἐπισπήσας κάκ' ἔοργα,
Πώεα μὲν κτείνας, ϗ βυκόλια, ϗ ὀρῆας,
Αἶψα δὲ παρθενικὴ κείνων παρέπειθε νόημα,
Μὴ ἄχθεσθ' ἐπὶ τοῖσιν, ἐπὶ τυτθοῖς δὲ γάνυσθαι,
Ο῞ττί κεν εὐλογέοντος ἀκηράτυ ἄσπετα ἔςαι.
Μηνιθμὸς κύρης γὰρ ὁμώλακας ὐ λάθεν αἰνὸς,
Αἰζηῷ δ' ἐκέλευον ὅσον τάχος ἐγγυαλίξαι
Παρθενικὴν ἀροῖσιν ἀληθέσιν· ἀλλὰ νεῆνις
Σταυρῷ Χριςοδόκῳ σθένος ἐς τοκέων νόον ἧκεν.
Α'λλ' ὅτε ϗ δήμῳ μαλερὸν λοιμὸν κατέπεμψε
Δαίμων, ϗ χρησμόν γε περικτιόνεσσιν ἔηκεν,
Μὴ πρὶν λωφήσειν κότον ἄσχετον, ἄχρις Ι'ὑςην
Ε'ς λέχος Α'γλαΐδης ἀγάγοι τάχος, ἡ θέμις ἐςίν.
Α'λλὰ βοὴν δήμυ, Χριςῦ κατέπαυε θέραπνις
Εὐχωλῇς ὁσίῃσι, ϗ ἄςεος ἤλασε λοιμόν.
Ε῎νθεν πειρηθέντες ὅσοι πόλιν ἀμφινέμονται,
Χριςὸν μὲν κύδαινον, ἐμοὶ λώβην δ' ἐπέχευον,
Ω'ς κείνης πόλεως ὀλοφώϊον ἄνδρα πέλοντα·
Ε'κπάγλως δέ με πάντες ἀπέςυγον· αὐτὰρ ἔγωγε
Η῎ιον αἰδόμενος πηῦς, πολιήτας ἄμ' ἄμφω.
Υ'ςάτιον δ' ὁρόω ςαυρῦ μένος ὅσσα ἔοργεν,
Ε'ν φρεσὶ τῦτο νόησα, κακῷ δέ τε δαίμονι φάσκον·
Ω῎μοι ὀλοΐιον ἔρνος, ὅλων δωτὴρ ἀθεμίςων,
Δυσσεβίης γύαλον, ψυχὴν τί μευ ὧδ' ἀπάτησας,
Οὐτιδανὸς ϗ ἄκικυς ἐὼν, ὡς οἶσθα ϗ αὐτός;
Εἰ γάρ σε κρατερῶς μῦνον σκιὴ ὧδε δαμάζει
Α'θανάτοιο Θεοῖο, τί ῥέξεις ὁππόταν ἔλθοι;
Εἰ Χριςῦ κλῆσιν τρομέεις, τότε τίπτε τελεύσεις,
Εὖτε τεὰς πρήξεις, ϗ ὐλοὰ ἔργα μετέλθοι;
Εἰ σκόλοπος θείυ σε μένος τόσσον γε χαλέπτοι,
Αὐτοῦ κεν παρεόντος ὅπη σέθεν ἴχνια θήσεις;
Εἰ σφρηγίς σε ἄλαλκεν, ἆρ' ἐκ παλάμης τότ' ἐκείνυ
Πῶς δύνασαι κρατερῆς μέροπας ῥύσασθαι ἀνάγκης;
Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ φάλαγγα τόσην λάχες, ὥς κεν ἀμῦναι.
Α῎ρτι πολυπλανέος τέχνης σέο εἵμ' ἐπιΐςωρ,

Ipse ego, dum fierent molimina talia fraudum,
Ipse aderam, socii; mihi virginis ardor in alte
Regnantem Dominum, atque ignavia visa draconis.
Namque ibam adstanti iunctus, par ferre coactus
Dedecus, & vigiles curas, nunc femina factus,
Nunc volucris: sed prima domus vix limina inibam,
Ficta recedebat species, Cyprianus & ipse
Rursus eram, vana magiae confisus in arte.
Aglaidam vidi, quum nostra protinus ales
Factus ope, in summa consedit virginis aede;
Ipsaque per nitidam spectans veneranda fenestram
Perdidit obtutu pennatam virgo volucrem.
Mortis tunc adytum fuerat visurus apertum
Infelix, veluti celsis stans ales in auris,
Ni prudens, ac pulcra illum miserata fuisset
Virgo, bonis hominem monuit quae vocibus usa,
Vt placidus maneatque domi, timeatque Tonantem;
Nec mora, vestibulo gressus educere iussit.
Nulli illam morbi, nulli domuere dolores,
Non quaevis adversa: malis nam millibus illam
Perfidus impetiit daemon: maestique parentes,
Quum medici vitae canerent accedere finem,
Lugebant. Caris contra genitoribus illa,
Nondum fatalem mihi fas attingere mortis
Finem; sed quidam cordis, non corporis angit
Me dolor, ac veluti vapor igneus aëre missus,
Hic mea membra cremat. Nova nos tunc addere primis
Multa malis, castaeque artus cruciare puellae.
Omnia Christifero signo tamen illa dolosi,
Atque reluctantis contundere tela draconis.
Aerumnis tunc ipse novis vexare parentes
Virginis, occidens mulos, armenta, gregesque.
Ast illos dictis hortari nata benignis,
Talibus haud doleant, tenui sed sorte fruantur,
Nam bene mox dicente Deo satis ampla futura.
Virginis interea haud latuit gravis ira propinquos,
Iusseruntque omnes iuveni cito tradere corpus
Virgineum vera in connubia: sed Cruce, Christum
Quae excepit, vires animo addidit illa parentum.
Tum vero immittens populo contagia daemon
Finitimis responsa dedit, non ante furentem
Posse iram extingui, donec Iustina trahatur
Illico in Aglaidae thalamum: sic poscere iura.
Sed populi voces sanctis ancilla Tonantis
Sedavit precibus, pestemque ex urbe fugavit.
Talibus edocti cives ad sidera Christum
Tollebant, ac me cuncti velut illius urbis
Exitium probris cumulabant millibus unum,
Dirisque urgebant odiis: hinc ora pudore
Suffusus, simul adfines, civesque verebar.
Ipse crucis tandem vires, portentaque cernens,
Idque animo versans, his adfor daemona dictis:
Heu fatale genus, tantum largitor iniqui,
Nequitiae barathrum, cur menti ficta dedisti
Verba meae, imbellem te noscens ipse, pigrumque?
Si te immortalis vincit tam fortiter umbra
Sola Dei, quidnam facies, quum venerit ipse?
Si Christi metuis nomen, quo denique pacto
Sustineas ipsum, tua quum mala puniet acta?
Si potis est sancti ligni te frangere virtus,
Adventante ipso, tua ubi vestigia figes?
Si te signa fugant, poteris tunc quomodo forti
Illius e dextra captas educere gentes?
Haud etenim, haud tibi tanta cohors, qua obsistere posses,
Obtigit. Errorum plenas iam funditus artes,

Et

Καὶ σέο φαντασίην μάλ' ἐπίσαμαι, οἶδά σε νωθρόν.
Μαψίδιον δὲ μόνον καὶ ἐπημάτιον σέο δῶρον.
Οὔτε τεὴ βουλὴ παγίη, οὐ μῆτις ἀρίση.
Ἀτρεκὲς οὐδὲ ἕν ἐσιν, ὅπερ Θεοῦ ἄντα τελείεις.
Φάσματα δ' εἰσὶ μόνον, καὶ ἀχλύϊ πάντα ἔϊκτα.
Ὤλεσας ἡμετέρην κραδίην, καὶ ἐλπίδα πάμπαν,
Καὶ λογικῶν πραπίδων πολυμέρμερον ἤλασας ἐσμόν.
Αὐτὰρ ἐμὴν βιοτὴν κακίῃ [1] κατεδάρψαο δεινῇ,
Καὶ φύσιν, ἥνπερ ἐγὼ λάχον, ὤλεσας ἐγμασίοισι.
Ἤλιτον ἐκπάγλως φρένας ἐκ σέο ἠπεροπευθείς.
Ἄφρων, καὶ δυσεβὴς γενόμην, σοὶ πάνθ' ὑποείξας.
Μαψιδίως σοφίην δὲ μάθον, προτέρων δέ τε βύβλους.
Σοὶ δ' ἐπιπειθόμενος σερόμην κτεάνων τε καὶ ὄλβου.
Σὺν πλούτῳ τοκέων δὲ καὶ ἄσθματος εὖνιν ἔθηκας.
Εἰ πτωχοὶ δὲ τόσα, καὶ ἀκτέανοι φάγον ἄνδρες,
Ὅσσα διώλεσας αὐτὸς, ἀθέσμιε, νῦν τάχα τυτθὸν
Εὐμενέτην Θεὸν εἶχον ἐπ' ἐλπωρῇσιν ἐμῇσιν.
Οἴμοι τίπτε με τόσσον ἐλυμήνω, κακοεργέ;
Αἰνῶς τρύχομαι, ὥσε ἀνίατα πείραθ' ὁρῶμαι.
Καὶ γὰρ δὴ νεκὺς ἦα, δοκήσεϊ δ' ἐν βιόωσι·
Πολλῶν δὲ κτεάνων ὠνησάμενος μάλα τύμβον,
Πυθμένας [2] οὐδὲ θεῶν, μέσφιν θανάτοιο πέρησα.
Ἀλλά γέ μοι θέμις ἐσὶ Θεοῦ θεράποντας ἀγαυοὺς
Λίσσεσθ', αὐτὰρ ὁμῶς καὶ εὐσεβέας μάλα φῶτας,
Ὄφρ' ἐλέου οἴκτου τε τύχω· σεπτῆς δ' ἔτι παιδὸς
Ἴχνια πισοτάτης μάλ' Ἰουσίνης γε κύσαιμι,
Ὅππως ἂν βιοτῆς ἐμέθεν περὶ καλὰ νοήσοι.
Φεῦγε Σατὰν δολομῆτ', ἀθέσμιε, αἰνοτύραννε,
Ἀτρεκίην συγέων, καὶ εὐσεβίην ἀθερίζων.
Ὃς δὲ χολωσάμενος κρατερῶς κτανέειν μ' ἐπόρουσεν,
Πειρήθη δ' ὅσον αὐτῷ ἔην σθένος, αὐτίκ' ὀλέσσαι
Ἐκ φάρυγός με λαβών· ὡς δ' οὐκέτι εἷς παρέην μοι,
Οὐδέτι μιν θάνατον φυγέειν δόκεον, καὶ ἀλύξαι.
Πισοτάτης κούρης σημήϊον ἐς νόον οὐμὸν
Σταυροῦ παμφανόωντος ἐπήλυθεν, [3] ᾧπερ ἐνίκα,
Ἔφρασα δ' εὐχόμενος, κυδρῆς μεδέων Θεὲ κούρης,
Ἔλθ', ἐπαλέξησον· καὶ αὐτίκα χεῖρα τάνυσσα,
Καὶ τύπον ἰκριόεντα ἐμοῖς μελέεσσιν ἔθηκα.
Αὐτὰρ ὁ φεῦγεν ὄπισθεν ἅτ' ἐχθρώσκων τις ὀϊσὸς,
Ἠπείλει χαλεπῶς δ' ἔγχος κραδάων κατ' ἐμεῖο.
Καὶ τότ ἐγὼ Χρισοῖο λαβὼν σφρηγῖδος ἐρωὴν,
Θάρσυνος ἦα μάλισα, βοῶν θαμὰ καὶ Θεὸν αὐτόν.
Δὴ τότ' ἀλασήσας προσεφώνεε θὴρ κακόβουλος
Χαζόμενος· Χρισός σε πολύλλιτος οὔτι σαώσει
Ἡμετέρης παλάμης κεν, ἐπεὶ συγέει δυσεβῆας.
Ἄρτι δὲ τυτθὸν ἀρήγει, ὅπως μετόπισθε δόλῳ γε
Πότμῳ λευγαλέῳ σε παραπλάγξας ἀπολέσσῃ.
Εὖτε δὲ καλλείψει σε, τότ' εἴσεαι οἷά σε ῥέξω.
Σὺ κράτος οὐμὸν ἄμερσας, ἐμοὺς Χρισὸς γὰρ ὀπηδοὺς
Οὐ δέχετ' ἐνδυκέως· δύο δ' ὤλεσας, ὦ κακόδαιμον,
Πρῶτα μὲν ἡμετέρην φιλίην· κᾀυτὸς δέ τε σωτὴρ
Οὐ πάντως ὀνίνησιν. Ἐγὼ δέ τε τῶνδ' ἐσακούων
Μύθων, αἰνοτάτως περιδείδιον, ὅττι με τοίοις
Ἠλεμάτως ἐπέεσσιν ἀταρτηροῖσι προσηύδα.
Ἔνθ' ὑμῖν, φίλοι ἄνδρες, ὅσοι σόνον ἴσε ἐμεῖο,
Φημὶ ἐμὴν λυπρὴν βιοτὴν, ὄφρ' εἰσορόωντες
Τεύξατ' ἐλημοσύνην, καὶ ἐνέπετ' εἴ μοι ἔνεσιν
Χρισὸν μειλίξασθ', εἰ ἐμῆς ἀΐοι μετανοίης,
Ἠδ' ἐπαλεξήσει μοι, ὅπως φύγω αἰνὰ κέλευθα,
Ὧν ἐδάην τὸ πάρος. Πληθύς θ' εἴως δ' ἔχε σιγὴν,
Ὀψὲ δέ μοί τις ἔειπε διαπρύσιόν γε βοήσας.

* * * * * *

Et fictas teneo species, te expertus inertem.
Tu quidquid nobis largiris, inane fugaxque.
Haud tibi consilium certum, haud sententia recta;
Veraque nulla. Deum contra quae, stulte, laboras,
Sed tantum spectra, ac tenebris aequalia cuncta.
Per te cor periit nostrum, spesque excidit omnis,
Atque in mente gravis curarum concita moles.
Tu mihi nequitia vitam discindere prava;
Tu mihi naturam pessumdare fraudibus ausus.
Heu nimium incautam mentem malus abstulit error.
Impius, & stultus, tibi cedens omnia, factus.
Doctrinam frustra didici, librosque priorum.
In te confisus, carui gazisque, bonisque;
Cumque opibus patriis, animae quoque parta ruina.
O utinam quae in te perierunt, perfide, multa,
Haec ego pauperibus potius vescenda dedissem:
Forte meis faustum votis modo Numen haberem.
Hei mihi! cur me adeo laesisti, pessime? magno
Conficior maerore, videns nescire medelam
Vulnera; nam rebar, quum vere mortuus essem,
Vivere, divitiisque parans mihi busta profusis,
Nec barathrum cernens, ipsum me morte peremi.
Sed mihi iam Christi famulos orare fideles,
Atque pios homines certum est, si forte malorum
Obtineam veniam: fidaeque accedere supplex
Iustinae, sanctis atque oscula figere plantis,
Vt mihi vivendi rationem curet honestam.
Vade Satan fallax, exlex, & dire tyranne,
Aufuge, contemptor veri, pietatis & osor.
Tunc rabidus, mortemque minans in me irruit ille,
Viribus & quantis pollet, me perdere tentat
Faucibus arripiens: aderat mihi nemo, nec ulla
Iam mortem vitare fuga me posse putabam:
Quum mentem subiere meam fulgentia sanctae
Signa crucis, queis vincebat fidissima virgo,
Clamavique precans: Clarae Deus alme puellae,
Adsis, adfer opem: atque extendens illico dextram
Signa meis posui confidens lignea membris.
Tunc daemon retro fugit, velut acta sagitta,
Effuditque minas, atque in me spicula torsit.
Ast ego tunc Christi repletus robore signi
Audebam magis, atque magis, Numenque vocabam.
Tunc malesuada dolens emisit bellua tales
Ore sonos: Non te Christus vel multa precantem
Nostris eripiet manibus: namque odit iniquos.
Nunc paullisper opem tibi fert, ut postea fraude
Te circumducens fato male perdat acerbo.
Quum te destituet, quid agam tunc ipse videbis,
Imperii spretor nostri: me quippe sequutos
Haud recipit Christus: gemina tum denique flebis
Clade miser, mea perdideris quum foedera, & ipse
Haud ultra Christus te iuverit. Haec ego dicta
Aure bibens, totus rigui formidine; namque
Addens probra minis, tumido responderat ore.
En vobis, gemitus nostros qui scitis, iniquae
Explicui vitae iam tempora, ut illa videntes
Vos tangat pietas, socii: vos dicite, Christum
An placare queam, meque audiat ipse dolentem;
Detque mihi horrendas, queis ante insistere novi,
Deseruisse vias. Heic omnis turba silebat,
Dum quidam clara tandem sic voce loquutus.

* * * * * *

ΓΡΗΓ-

(1) Ita Ms. pro κατεδαρδάψαο, a κατεδαρδάπτω.

(2) Ms. οὐ θεῶν.

(3) Ms. ὅπερ.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΛΟΓΟΙ.

GREGORII THEOLOGI ORATIONES.

COD. XI. Continet hic vetustissimus Codex XVI. Gregorii Nazianzeni Orationes, & quidem hoc ordine.

I. p. 1. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ θεολόγου λόγος εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν βραδυτῆτα. *Sancti patris nostri Gregorii Theologi Sermo in Pascha, & in tarditatem*. Extat in toties cit. edit. T. I. p. 673.

II. p. 3 *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα β΄. *Eiusdem in sanctum Pascha Sermo II*. Ib. p. 676.

III. p. 22. Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν καινὴν κυριακήν. *Eiusdem in novam Dominicam Sermo*. Ibid. p. 697.

IV. p. 28. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς Μακκαβαίους. *Eiusdem in sanctos Maccabaeos*. Ibid. p. 397.

V. p. 37. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μάρτυρα Κυπριανὸν, ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντος μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν. *Eiusdem in martyrem Cyprianum, quum postridie festi eius ex agro redisset*. Ibid. pag. 274.

VI. p. 47. *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν Πεντηκοστήν. *Eiusdem in Pentecosten*. Ibid. pag. 705.

VII. pag. 58. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου, ἐπιστάντα μετὰ τὴν χειροτονίαν. *Eiusdem in Gregorium fratrem Basilii, quum postquam Episcopus ordinatus fuerat, venisset*. Ibid. p. 136.

VIII. p. 62. *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης, καὶ εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ σιωπῶντα· ὥριμοι γὰρ γενόμενοι ἐχαλαζώθησαν οἱ καρποί. Ὁ τοίνυν πατὴρ ἐννοῶν διὰ τὰς τοῦ λαοῦ ἁμαρτίας συμβῆναι τοῦτο, ἐσίωπα· ὁ δὲ υἱὸς παρακληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ προτρέπει αὐτὸν φθέγξασθαι πρὸς τὸν λαόν. *Eiusdem in plagam grandinis, & ad patrem tacentem. Fruges enim iam maturae, grandine percussae fuerant. Hoc igitur ob populi peccata accidisse pater animadvertens, tacebat; filius vero, suadente plebe, patrem cohortatur, ut verba ad populum faciat*. Ibid. p. 224.

IX. p. 76. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς λόγους, καὶ εἰς τὸν ἐξισωτήν. *Eiusdem de suis sermonibus, & in exaequatorem*. Ibid. p. 149.

X. p. 85. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια. *Eiusdem in sanctam Christi Nativitatem*. Ibid. p. 613.

XI. p. 95. *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ἅγια φῶτα. *Eiusdem in sancta Lumina*. Ibid. p 624.

XII. p. 108. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. *Eiusdem in sanctum Baptisma*. Ibid. p. 637.

XIII. p. 142. *b* Τοῦ αὐτοῦ εἰς Βασίλειον ἐπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιτάφιος. *Eiusdem Oratio funebris in Basilium Caesareae Cappadociae Episcopum*. Ibid. p. 316.

XIV. p. 197. *b*. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἐπισκόπων παρουσίαν. Κύριε εὐλόγησον. *Eiusdem Oratio habita in praesentia* CL. *Episcoporum. Domine benedic*. Ib. p. 510.

XV. p 215. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας. *Eiusdem in Athanasium Episcopum Alexandriae*. Ibid. p. 373.

XVI. p. 237. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φιλοπτωχίας. *Eiusdem de pauperum amore*. Ibid. pag. 239.

Codex Graecus membranaceus Ms. in fol. Sec. XI. perspicui, ac uncialis ferme characteris, cuius omnes Orationes praeter primam, initio recentiori manu suppletam, aureis sunt titulis exornatae. Constat fol. 263.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΛΟΓΟΙ.

GREGORII THEOLOGI ORATIONES.

Gregorii Theologi Orationes, & alia Opuscula. Nonni Explicatio fabularum, quarum meminit in nonnullis Orationibus idem Theologus.

In prima pagina sequentes versus heroi- COD. XII.
ci occurrunt, qui videntur in Christi sepulcrum exarati:

Ἔνθα Θεοῖο γόνος Χριστὸς μέγας ἐκτηρείσθη.
Ἀλλὰ δόμους πλουτῆος ἀφεγγέας ἐξαλαπάξας,
Ἔγρετ' ἐπικραταιῶς, ἀνά τ' ἔδραμεν εἰς γενετῆρα.
Hic magnus Dei filius Christus adservatus fuit;
Sed ille domibus Erebi tenebricosis devastatis,
Fortiter surrexit, & ad Genitorem sursum adscendit.

Εἰς τὸν αὐτὸν τάφον.

Λᾶας ἐφ' οὗ ποτε Χριστὸς ἐνὶ γλυφίδεσσιν ἰαύσας,
Καὶ κύνα λυσσήεντα τυφωέα ποσσὶ πατήσας,
Θῶκον ἐς ἱμερόεντα πατρώϊον ἄφθιτον ἦλθεν.

In idem sepulcrum.

Hic ille est lapis incisus, e quo Christus, quum obdormisset,
Et rabidum canem Typhoeum pedibus calcasset,
Ad paternum immortale solium adscendit.

In secunda pagina occurrit accuratissimus Index Orationum, quae in Codice continentur, earum titulos, & initia complectens, illos cinnabari, haec atramento exarata. Huic est titulus: Πίναξ ἄριστος τῆς παρούσης πυκτίδος. *Tabula accurata praesentis libelli*. In fine huius tabulae, tres descripti sunt circuli, in quibus charactere quidem minuto, sed satis perspicuo, lectorem monet calligraphus, quid sibi velint notulae quaedam, a scriptoribus in librorum margine ad indicanda loca, peculiare aliquid ac notatu dignum continentia, apponi solitae, quaeque in hoc Codice saepissime apparent; quarum prima Solem quodammodo exhibet, secunda Stellulam, tertia litteris ῶ with ρ above, quarta Cη. exprimitur. Primae vim ita explicat: Τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σημεῖον τέτακται ἐν οἷς χωρίοις ὁ πατὴρ περὶ θεολογίας διαλέγεται, διὰ τὸ, ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τὸν Θεὸν ὀνομάζεσθαι. *Hoc solare signum in iis ponitur locis, in quibus de Theologia Pater disputat, quia sol iustitiae in Divinis scripturis Deus appellatur*. Secundae vero: Ὁ ἀστερίσκος οὗτος τέτακται ἐν οἷς χωρίοις ὁ Θεολόγος περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ μεγάλου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαλέγεται, διὰ τὸν φανέντα τοῖς μάγοις θεῖον ἀστέρα. *Hic asteriscus ponitur iis in locis, in quibus de adventu in carne magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi Theologus loquitur: idque ob divinam stellam, quae Magis apparuit*. Tertiae sic: Τὸ σημεῖον τοῦτο τὸ ὡραῖον τέτακται ἐν οἷς χωρίοις ἡ φράσις κεκαλλώπισται, ἢ τὸ νόημα ἐξήνθισται, ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπεραίρεται. *Hoc signum, quod significat speciosum, ponitur in iis locis, in quibus dictio ornate procedit, aut sententia lepida, aut utrumque sublime est*. Quartae tandem notulae haec adfertur explicatio: Τὸ σημεῖον τοῦτο τέτακται, ἐν οἷς χωρίοις εὑρίσκεται ξένον τι, ἢ κατὰ δόγμα, ἢ κατὰ ἱστορίαν, ἢ κατὰ φράσιν, ἢ κατά τι τοιοῦτον ὀφεῖλον σημειωθῆναι τῷ ἀναγινώσκοντι. *Signum hoc ponitur, ubi reperitur aliquid singulare, aut secundum doctrinam, aut secundum historiam, aut secundum phrasim, aut secundum quid simile, quod debeat a lectore adnotari*. De his notulis aliquid etiam supra delibavimus in recensione Cod. XXIV. Plut. V. pag. 50.

I. p. 3. Prima Oratio inscribitur: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου λόγος εἰς τὸ ἅγιον πάσχα, καὶ εἰς τὴν βραδυτῆτα. *Sancti patris nostri Gregorii Archiepiscopi Constantinopolitani Theologi Oratio in sanctum Pascha, & in tarditatem*. Inc. Ἀναστάσεως ἡμέρα. Des. εἰς τὴν ἐκεῖθεν ἀνάπαυσιν· ᾧ ἡ δόξα, κ. λ. In edit. cit. Tom. I. p. 673. Huic Orationi, quemadmodum & reliquis sequentibus, quatuor iambici versus praecurrunt, [1] ab eodem ut arbitror Codicis scriptore rubris exarati litteris, quos addita Latina versione, aliquando ad animum sublevandum metrica, publica donandos luce censuimus. En primi:

Εἰ ζῇ τὰ νεκρὰ τῆς φθορᾶς ἐφθαρμένης,
Ἔδειξε Χριστὸς ἐκ ταφῆς ἀνηγμένος.
Εἰ ζῇ δὲ καὶ νοῦς εἰς ψυχὴν ἥκων λόγων,
Ὁ Γρήγορος νοῦς εὐφυῶς ἂν δεικνύοι.
Si vivant victa morte qui sunt mortui,
Ostendit e sepulcro Christus resurgens.
Si autem vivat mens in animam sermonum veniens,
Gregorii mens satis belle demonstrat.

II. p. 4. b. Τοῦ αὐτοῦ ἀπολογητικὸς τῆς εἰς τὸν Πόντον φυγῆς ἕνεκεν, καὶ αὖθις ἐπανόδου ἐκεῖθεν, διὰ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν· ἐν ᾧ τί τὸ τῆς ἱερωσύνης ἐπάγγελμα, καὶ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον. *Eiusdem Apologeticus suae in Pontum fugae, postea quam presbyter ordinatus fuisset, suique Nazianzum reditus: in quo quae sacerdotis professio sit, & qualem Episcopum esse oporteat*. Initium, & finem reliquarum Orationum adferre supersedebimus, in quam editionis paginam incidant, tantum, brevitatis gratia, indicantes. Haec igitur exstat l. c. p. 1. Versus huic praevii sunt:

Τὸν ἀστικὸν θόρυβον οὐ στέγων, πάτερ,
Εἰς Πόντον ἐκπλεῖς, ἀλλ' ὑποστρέφεις πάλιν,
Ἐκεῖθεν ἡμῖν ὄλβον οὐ φαῦλον φέρων,
Τὸν νῦν κριτικὸν τῶν ἐπισκόπων λόγον.
Graves in urbe non ferens turbas, Pater,
Recedis in Pontum, redis sed denuo;
Illinc opes, non vile quidpiam, ferens,
Sermonem, Episcopi statum qui iudicet.

III. p. 27. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς καλέσαντας ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ μὴ ἀπαντήσαντας ἐν τῷ πάσχα. *Eiusdem ad eos, qui ipsum primum acciverant, nec venerant in Paschate*. Ibid. pag. 48. En versus:

Τὰς εἰς τὰ καλὰ βλαπτικὰς ὑποθέσεις
Σοφῶς ἀναιρεῖς, τούσδε συνθεὶς τοὺς λόγους,
Καὶ μακαρισμῶν πάντας ἀξίους, πάτερ,
Τοὺς ὀξέως τρέχοντας εἰς ταῦτα κρίνεις.
Rebus bonis adversa semper murmura
Docte refellis, interimque disputas,
Dignumque censes maximis virum bonis,
Si curris anxie oris ad tui sonum.

IV. p. 28. b. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς Καισάριον τὸν ἴδιον ἀδελφόν. *Eiusdem Oratio funebris in laudem Caesarii fratris sui*. Ibid. p. 160. Versus sunt isti:

Ὁ ζῶν ἀδελφὸς τὸν θανόντα δακρύων,
Τὸν νῦν μονῳδεῖ καὶ τελευτήσας λόγον·
Ἑκάτεροι δ' οὖν τῷ Θεῷ ζῶσι πλέον,
Ἄλλους κρότους γράφοντες ἀλλήλοις πάλιν.
Vivens in orbe mortuum frater gemit,
Funditque lacrymas, loqui quum desinit.
Vtrique iunctim sed magis vivunt Deo,
Scribuntque laudis aequa carmina invicem.

V. p 37. b. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιτάφιος εἰς τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Γοργονίαν. *Eiusdem Oratio funebris in laudem sororis suae Gorgoniae*. Ibid. pag. 176. Hi sunt versus:

Καὶ Γοργονία κειμένη τῇ συγγένῳ
Τὸ Γρήγορον σὸν προσλαλεῖ, πάτερ, στόμα.
Πλὴν τοῦτο καινόν, εἴγε μὴ θᾶττον πάλιν
Πρὸς αὐτὸν ἐξέκυψεν ἡ σύμπνους λόγον.
Etiam Gorgoniam, fratri quae iuncta iacet,
Tuum, Gregori Pater, os adloquitur.
At quid hoc novi est? illa e contra statim
Tuo consentiens apparuit sermoni.

VI. p. 45. Τοῦ αὐτοῦ εἰρηνικὸς πρῶτος ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν μοναζόντων. *Eiusdem Oratio prima de pace post reconciliationem monachorum*. Ibid. p. 190.

Ἔλυσε μὲν τὴν γλῶτταν ἡ προθυμία,
Ἥνωσε δ' εὐθὺς τῶν μοναστῶν τὴν στάσιν
Τὰ τοῦ λόγου σφίγματα τοῦ προκειμένου,
Μήπου τι δεινὸν καὶ τὸ πᾶν ἔθνος πάθῃ.
Linguam resolvit mentis alacritas,
Statimque divisos monachorum animos revinxerunt
Propositi sermonis vincula;
Ne quid malorum omnis dein caetus ferat.

VII. pag. 52. b. Τοῦ αὐτοῦ εἰρηνικὸς β' εἰς τὴν σύμβασιν, ἣν μετὰ τὴν στάσιν ἐποιησάμεθα οἱ ὀρθόδοξοι. *Eiusdem de Pace Oratio II. in concordiam, quam post seditionem unanimes inivimus*. Ibid. p. 205.

Ἰδοὺ

(1) Ex Catalogo Biblioth. Caesar. Cl. Nesselii T. I. p. 156. Cod. LXXIV. habemus Philen Epigrammata iambica, sive hypotheses, in omnes S. Nazianzeni Orationes composuisse.

Ἴδὺ συνελθὼν εἰς ὁμοφθόγγυς βάσεις
Τὸ χθιζὸν ἀντίφθεγμα τῆς ἐκκλησίας
Ὁ Γρήγορος νῦς τὸν σοφὸν τῦτον λόγον
Εἰρηνικὸν σύνδεσμον αὐτῇ δεικνύει.
En convenit, parique voce concinit
Hesterna iam sedata turba Ecclesiae,
Paterque vocis docta pandit munera,
Eique tutae vincla pacis detegit.

VIII. p. 57. Τῦ αὐτῦ ἀπολογητικὸς εἰς τὸν ἑαυτῦ πατέρα Γρηγόριον, συμπαρόντος αὐτῷ Βασιλείυ, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη Σασίμων. *Eiusdem Apologeticus ad patrem suum Gregorium, praesente Basilio Magno, quum Episcopus Sasimorum creatus est.* Ibid. p. 142.

Ἴδὺ πατὴρ κ̀ τέκνον, ἰδὺ κ̀ λόγος
Ἥδυς πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐκ τόκυ τόκος·
Ἔχρην γὰρ ἀμφοῖν τὴν γονὴν τὴν σαρκίνην,
Καὶ τὴν λογικὴν προσλαβεῖν εὐτεκνίαν.
En filius, paterque, dulcis en quoque
Vox ad patrem, germen velut de germine.
Decebat ambos carneo cum semine,
Et spiritu pares habere filios.

IX. p. 59. Τῦ αὐτῦ ἀπολογητικὸς εἰς τὺς αὐτὺς μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς φυγῆς. *Eiusdem Apologeticus ad eosdem post reditum ex fuga.* Ibid. p. 134.

Ὁ δραπέτης ἕστηκε θαῤῥύντως λέγων,
Καὶ τὺς δικαςὰς τῆς φυγῆς οὐκ ἐκκλίνει·
Μεῖναι γὰρ οὐκ ἦν τὴν σοφὴν ταύτην λύραν,
Καὶ τὺς δυσηχεῖς τῇ πολιτείᾳ ψόφυς.
Qui fugerat servus stat audacter loquens,
Suae nec ora iudicis fugae timet;
Manere enim haud decebat hanc doctam lyram,
Et turbidos in urbe clamorum sonos.

X. p. 60. Τῦ αὐτῦ εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείυ ἐπιςάντα μετὰ τὴν χειροτονίαν. *Eiusdem ad Gregorium Basilii fratrem, quum postridie illius diei, quo Episcopus creatus fuerat, venisset.* Ibid. p. 136.

Ἔδειξε Γρηγόριος ἐκ τῦ νῦν λόγυ
Τὴν τῦ φίλυ πρέπυσαν εἰς φίλον σχέσιν·
Τῷ γὰρ ἀδελφῷ τῦ Βασιλείυ τάδε
Σοφῶς δι' αὐτὸν ὡς τροφὴν καταρτύει.
Demonstrat hisce disputans sermonibus
Sodalis affectum decentem in alterum.
Haec enim Basilii fratris in gratiam
Sua sapientia, ut lectos cibos parat.

XI. p. 63. Τῦ αὐτῦ εἰς ἑαυτὸν, κ̀ εἰς τὸν γέροντα. *Eiusdem de se ipso, & ad patrem senem.* Ibid. p. 145.

Λαλεῖ πρὸς υἱὸν ὁ σπορεὺς πλὴν ἀγράφως,
Λαλεῖ δὲ κ̀ παῖς τῷ σπορεῖ πλὴν ἐγγράφως,
Καὶ γίνεται δὴ κρᾶσις ἀμφοῖν τις ξένη,
Λόγυ σιωπὴ, κ̀ σιγῆς αὖθις λόγος.
Loquitur filio sine scripto genitor,
Loquitur scriptis genitori filius.
Inde ex utrisque fit quaedam nova commixtio,
Taciti sermonis, & loquacis silentii.

In calce huius Orationis quaedam a scriptore adiecta fuerunt, quae eiusdem videntur praeferre argumentum. Inc. Ἔοικεν ὗτος ὁ λόγος εἰρῆσθαι. Des. ὡς ξένοι τὴν προςασίαν κατεδεξάμεθα.

XII. p. 65. b. Τῦ αὐτῦ εἰς τὸν πατέρα σιωπῶντα διὰ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης. *Eiusdem ad patrem tacentem ob plagam grandinis.* Ibid. p. 224.

Οὐρανόθεν χάλαζα ῥιφεῖσα βρύχει,
Πλὴν τὸν μὲν ἐκ γῆς πάντα καρπὸν συντρίβει.
Ποιεῖ δὲ τὸν νῦν αἰθεροδρόμον λόγον
Πληγῆς πονηρᾶς ἀντιφάρμακον πόαν.
Nimboso ab axe grando iacta mittitur,
Omnemque terrae dira fructum conterit.
At verba habet sursum pater volantia,
Totidem veluti isti grandini remedia.

XIII. p. 73. Τῦ αὐτῦ ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἑαυτῦ πατέρα· ἐν ᾧ κ̀ εἰς Νόνναν μητέρα παραμυθητικὸς· εἴρηται δὲ ὑπὸ παρυσίᾳ Βασιλείυ, εἰς ὃν κ̀ τὸ προοίμιον ποιεῖται τῦ λόγυ. *Eiusdem Oratio partim funebris in laudem patris sui mortui, partim consolatoria ad matrem Nonnam, habita praesente Basilio, ad quem & principium Orationis spectat.* Ib. p. 286.

Εἰ σὺ μὲν υἱὸς, κ̀ σπορεὺς, ὃν δακρύεις,
Λόγος δὲ τὸν φύσαντα μὴ θνήσκειν, πάτερ,
Τί τῦτο ποιεῖς; ἀλλὰ πῶς φησι, ξένε,
Μητρὸς ποθεινῆς ἀμβλυνῶ βρέμον πάθος;
Si tu es filius, & pater est, quem luges,
Et scriptum est, non mori patrem, Pater,
Quid tale agis? Sed quomodo, hospes, ait,
Matris dilectae acerbum dolorem levem?

XIV. p. 88. Τῦ αὐτῦ εἰς τὺς λόγυς, κ̀ εἰς τὸν ἐξισωτὴν Ἰυλιανόν. *Eiusdem de suis sermonibus, & ad Iulianum tributorum exaequatorem.* Ibid. p 149.

Τὸν ἐξισωτὴν τῶν βασιλείων φόρων
Ὁ Γρήγορος νῦς δεξιῦται τῷ λόγῳ,
Καὶ τὺς φόρυς τίθησι μετριωτέρυς
Εὐσπλαγχνίας πλάστιγγας αὐτῷ ῥυθμίσας.
Eum, tributa qui exigit regalia,
Dignatur hoc sermone Pastor alloqui
Ponens tributi mitiora pondera,
Clementiaeque regulam illi dirigit.

XV. p. 93. b. Τῦ αὐτοῦ πρὸς τὺς πολιτευομένυς ἀγωνιῶντας, κ̀ τὸν ἄρχοντα ὀργιζόμενον. *Eiusdem ad cives suos gravi timore perculsos, & ad praefectum irascentem.* Ib. p. 265.

Ἄρχοντος ὀργὴ, δεῖμα τοῖς ὄχλοις μέγα,
Μεῖζον δὲ κακὸν, εἴ τις ἐκ τύτυ ςάσις.
Γρηγόριος γῦν εὐφυῶς τῦτο βλέπων
Ἑκατέρων ἵστησι τὸν λόγον μέσον.
Acerba Regis ira, civium timor,
Malumque maius, turba si quae nascitur.
Tum Pastor aequa mente cuncta respicit,
Mediasque voces inter illos protulit.

XVI. p 98. Τῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἀρχιεπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιτάφιος. *Eiusdem Oratio funebris in laudem Basilii Magni Archiepiscopi Caesareae Cappadociae.* Ibid. p. 316.

Ζῆς μάλα σεμνῶς κ̀ τελευτήσας, μάκαρ·
Ὁ σύννομος γὰρ αὖθις ἐψύχωσέ σε
Μονῳδίας ἔντεχνον ἰσχὺν ἐγχέας,
Ὡς πνεῦμα κ̀ φῶς τῇ σκιᾷ τῦ λειψάνυ.
Vivis satis belle, quamvis mortuus, o beate,
Tuus enim cognatus te suscitavit iterum
Orationis miram vim effundens,
Quae fuit lux & spiritus in umbra iacenti cineri.

Praecedit in Codice huic Orationi sequens brevissima hypothesis: Ὁ προκείμενος οὗτος λό-

λόγος μετὰ τὴν ἀπὸ Κωνςαντινουπόλεως ἐκδημίαν τοῦ Θεολόγου ἐν τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐξεφωνήθη· διὸ ἐπιτάφιος ὠνομάσθη. Quae quidem una est ex plurimis marginalibus notulis, iis quidem non adspernandis, quibus scriptor totum fere Codicem adspersit.

XVII. p. 125. Τοῦ αὐτοῦ περὶ φιλοπτωχίας. *Eiusdem de pauperum amore.* Ibid. p. 239.

Τράπεζαν ἁβρὰν καὶ πρυτανεῖον μέγα,
Τὸν δεῦρο σαφῶς ὀργανοῖς, πάτερ, λόγον,
Καὶ τοῖς φίλοις πένησιν αὐτὸν ἐκδίδως,
Οἷς δὴ συναλγεῖν ἀξιοῖς τοὺς εὐπόρους.
Convivium lautum, prytaneumque par,
Verba haec habens diserta construis, Pater,
Ipsumque caris nunc egenis dividis,
Queis condolere credis aequum divites.

XVIII. p. 136. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. *Eiusdem in Magnum Athanasium.* Ibid. p. 373.

Ἀθανάσιε, τάχα καὶ ζῇς, καὶ πνέεις,
Ὡς οὐ παρελθὼν τὸν βραχὺν τοῦτον χρόνον·
Ἀθάνατον γὰρ πανταχοῦ σε δεικνύων
Ὁ Γρήγορος νῦν τόνδε σοι πνεῖ τὸν λόγον.
Athanasi, forte vivis, & spiras adhuc, (sus;
Tamquam hoc breve tempus non praetergres-
Nam immortalem te ubique ostendens,
Talem tibi fundit sermonem Gregorius.

Hypothesis inc. Ὁ παρὼν λόγος καθαρὸν ἐστιν ἐγκώμιον. Des. θρόνον κοσμήσας.

XIX. p. 146. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς Κυπριανὸν, ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντος μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν. *Eiusdem in S. Cyprianum, quum postridie festi eius ex agro rediisset.* Ibid. pag. 274.

Ὁ Κυπριανὸς πρὶν μὲν ἦν γόης μέγας,
Ὕστερον δὲ τῷ Θεῷ μείζων θύτης·
Ταύτης δὲ τῆς χάριτος οὐκ ἔχων κόρον,
Καὶ μαρτυρικὸν δείκνυται θῦμα ζέον.
Cyprianus primum fuit praestigiator maximus,
Dein factus est Deo sacerdos optimus.
Cuius gratiae nesciens habere modum,
Seipsum dedit hostiam urentem in testimonium.

Versibus succedit hypothesis, cuius initium: Ἀνωτέρω Ναζιανζοῦ. Finis: ἐγκώμιον προσεφώνησεν.

XX. p. 151. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους. *Eiusdem in sanctos Maccabaeos.* Ibid. pag. 397.

Ἔδειξε Γρηγόριος ἐκ τοῦ νῦν λόγου,
Πῶς δύναται τοὺς ζωγραφεῖν πάντα χρόα·
Μικροῦ γὰρ αὐτοὺς ἐνθρακωμένους βλέπω
Τοὺς παντοδαποὺς τῷ Θεῷ στεφανίτας.
Demonstrat hisce suavibus dictis Pater,
Qui possit omnes mens colores pingere;
Parum enim abest, quin videam ut carbones accensos,
Hos omnes a Deo coronatos heroas.

XXI. p. 156. Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον. *Eiusdem in Heronem philosophum.* Ibid. pag. 409

Ἄνθρωπον ἐξόριστον ἀθρήσας, μάκαρ,
Εἰς τὴν κατ' αὐτὸν εὐτυχῶς ἀνηγμένον
Ἐκ τοῦ λόγου μάρτυρα μικροῦ δεικνύεις,
Καὶ ζηλωτόν τινα τοῖς ἄλλοις νόμον.
Exterminatum intuens virum, beate,
Redactum ad hunc per se statum feliciter,
Ostendis hoc Sermone paene martyrem,
Quemque aemulentur ceteri tradis modum.

XXII. p. 162. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν κατάπλουν πρὸς τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἀπαντήσαντας (in marg. ἐπιδημήσαντας.) *Eiusdem in appulsum, & navigationem Episcoporum, qui profecti sunt ab Aegypto.* Ibid. pag. 424.

Ὁ μὲν Σολομὼν ἐκ νότου βασιλίδα,
Σὺ δ' ἀνθυποσπᾷς χεύματι γλώττης, πάτερ,
Ἄπειρον ἐσμὸν εὐσεβῶν Αἰγυπτόθεν,
Τὰ τῶν λόγων κρούματα θαυμάζοντά σοι.
Reginam ex Austro sibi accivit Salomon,
Tu vero, Pater, linguae ubertate retrahis
Immensam turbam piorum ex Aegypto,
Obstupescentem ad tuae vocis sonum.

XXIII. p. 165. *b.* Τοῦ αὐτοῦ περὶ δογμάτων, καὶ καταστάσεως ἐπισκόπων σχεδιασθείς. *Eiusdem de dogmatibus, & constitutione Episcoporum Oratio extemporanea.* Ibid. pag. 486.

Καὶ δογματιστὴς, καὶ Θεοῦ ῥήτωρ γίνῃ,
Καὶ παιδαγωγὸς τῶν ἐπισκόπων, πάτερ·
Πολλοὺς γὰρ ἂν ἔβλεψεν αὐτοὺς ἡ κτίσις,
Εἰ μὴ σὺ τοὺς πρέποντας ἠκρίβους νόμους.
Et dogma praescribis, Deique orator es,
Et institutor sis Episcopi, Pater;
Multos enim ex ipsis corrupisset mundus,
Nisi tu iustas praescripsisses leges.

XXIV. p. 169. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐνομιανοὺς προδιάλεξις, ἢ ὅτι οὐ παντὸς περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι, ἢ πάντοτε. *Eiusdem adversus Eunomianos disputationis praeludium, vel quod non sit cuiusvis hominis, nec cuiusvis temporis de Deo disputare.* Ibid. pag. 529. & est prima de Theologia.

Ἔπληξεν Εὐνόμιον ἡ σὴ σφοδρότης,
Καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ πάντας οἰκτροὺς δεικνύεις·
Εἴργεις γὰρ αὐτοὺς δογματίζειν ἀφρόνως,
Καὶ τὰς ἀναιδεῖς ψαλμικῶς ἄγχεις γνάθους.
Percussit Eunomium tuae vis eloquentiae,
Omnesque eius asseclas miseros esse demonstras;
Nam insana eorum dogmata refellis,
Et impudentes maxillas, ut est in Psalmis, constringis.

XXV. p. 172. Τοῦ αὐτοῦ περὶ θεολογίας. *Eiusdem de Theologia.* Ibid. p. 536. & est secunda de Theologia.

Ἄνωθεν, οὐ κάτωθεν, ὦ πάτερ, λέγεις·
Θεὸς γὰρ ἐν σοὶ, καὶ Θεοῦ πλάκας φέρεις,
Καὶ δημαγωγεῖς εὐφυῶς καὶ κοσμίως,
Ἐπηλυγασθεὶς μυστικῆς αὔρας γνόφῳ.
Caelestia, non terrestria loqueris, Pater;
Deus enim in te est, Deique tabulas geris,
Et docte ornateque gentes instruis,
Involutus aurae mysticae caligine.

XXVI. p. 183. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Υἱοῦ λόγος πρῶτος. *Eiusdem de Filio, Oratio prima.* Ibid. pag. 561. & est tertia de Theologia.

Τὴν τοῦ Λόγου γέννησιν ἡμῖν δεικνύων
Καὶ γνωσιμαχεῖς, καὶ καλεῖς, πάτερ, ξένα·
Πρὸς γὰρ ἀπαθῆ καὶ ῥοῆς ὑπερτέραν
Τίς ἂν ὅλως πρόβλημα γενναῖον τέκοι;
Verbi generationem nobis ostendens

Et

*Et tecum pugnas, & ad aliena recurris,
Pater;
De re enim, quae nec passioni, nec corruptioni subiacet,
Quis umquam iustum valeat problema edere?*

XXVII. p. 190. Τῦ αὐτῦ περὶ Υἱῦ λόγος β'. *Eiusdem de Filio, Oratio II.* Ibid. p. 577. & est quarta de Theologia.

Πάλιν τὸν Υἱὸν δογματίζεις τῇ κτίσει,
Καὶ τεκνοποιεῖς πᾶσαν αὐτῷ τὴν φύσιν·
Καὶ γὰρ ὁ πατὴρ ἀσφαλῆ σε δεικνύει,
Τῦ πνεύματος λαλῦντος, ἃ γράφεις, πάτερ.
*Rursus de Filio dogma doces creaturas,
Et in eo totam naturam efficis Filium;
Nam Pater ostendit esse certa,
Spiritu loquente, quae scribis, Pater.*

XXVIII. p. 196. Τῦ αὐτῦ περὶ τῦ ἁγίου πνεύματος. *Eiusdem de Spiritu Sancto.* Ibid. pag. 593. & est V. & ultima de Theologia.

Ἕλλην μὲν ἂν φλήναφος εἰς ὕδωρ, πάτερ,
Σὺ δ' εἰς τὸ σεπτὸν εὐφυῶς πνεῦμα γράφεις·
Καὶ γὰρ ἑαυτῷ ζωγραφεῖ, ϗ δεικνύει
Κυρῶν ἅπερ φῄς, μὴ φυῇ νόθοις σέβας.
*Graecus nugator in aquam scribat, Pater.
In Spiritum erudita scribis tu sacrum.
Nam in se ille pingit, indicatque comprobans,
Quae dicis, indole haud dari cultum nothis.*

XXIX. p. 205. b. Τῦ αὐτῦ εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κυρίυ ϗ Θεῦ ϗ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Eiusdem in Nativitatem Domini, Dei, ac Salvatoris nostri Iesu Christi.* Ib. p. 613.

Ἄνθρωπε συσχέθητι πιστεύσας μόνον,
Καὶ μηδὲν ἀμφίβαλλε τὸ πρᾶγμα βλέπων.
Τὰς γὰρ φύσεις ἤμειψεν ὁ κτίσης Λόγος
Σαρκὸς μετασχὼν, ϗ Θεὸς μείνας πάλιν.
*Compesce membra homo unicum credens Deum,
Et nihil dubites, quum rem ipsam videas.
Naturas enim coniunxit creator Verbum,
Carnis quidem particeps, & tamen manens Deus.*

XXX. p. 212. Τῦ αὐτῦ εἰς τὰ ἅγια φῶτα. *Eiusdem in Sancta Lumina.* Ibid. p. 624.

Γυμνὸν θεωρῶν τὸν Θεὸν, ϗ δεσπότην,
Ἄνθρωπε, γυμνώθητι παθῶν, ϗ δράμε·
Ὁ γὰρ ποταμὸς τῦ προκειμένυ λόγυ
Παντὸς μολυσμῦ τὰς ψυχὰς ἀποπλύνει.
*Dominum videns, Deumque nudo corpore,
Nudare passionibus, venique homo;
Nam flumen istud, ore quod sancto effluit,
Mundat malis mentes virorum ab omnibus.*

XXXI. p. 216 Τῦ αὐτῦ εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. *Eiusdem in Sanctum Baptisma.* Ibid. p. 637.

Ἴδε πάλιν βάπτισμα, ϗ φώτων χύσις,
Δὶς γάρ σε πεισθεὶς πρὸς τὸ καλὸν ὀτρύνω.
Σὺ γῦν πάλιν πλύθητι, ϗ φῶς εἰσδέχυ,
Καὶ τοῖς ὑποχραίνυσι μὴ χρῶ πρακτέοις.
*Baptisma denuo, atque lucis fusio,
Te enim secundum ad pulcra, credens, excito;
Ergo lavare rursus, & lucem excipe,
Nec sordidis utare mentis actibus.*

XXXII. p. 233. b. Τῦ αὐτῦ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. *Eiusdem in Sanctum Pascha.* Ib. p. 676.

Ἐμπνεύσεις ἰδὲ τοῖς θανῦσι δευτέρα,
Νοημάτων ἔχυσα ϗ τέχνης βάθος·
Παρῆκε γὰρ δὴ τὴν Ἐλισσαίυ τρίτην
Ὁ Γρήγορος νῦν τῆς σκιᾶς πεπαυμένης.
*En altera est concessa vita mortuis,
Opus profundae mentis, atque dexterae;
Nam tertiam Elisaei praetermisit,
Eo quod umbra cessaverit, Gregorius.*

XXXIII. p. 243. b. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν καινὴν κυριακήν. *Eiusdem in novam Dominicam.* Ibid. pag. 697.

Μάμας ἀμολγαῖς εὐπαθῶν πρὶν δορκάδων,
Πανηγυρικὸς δεῦρο θηλάζει κρότυς,
Καὶ τῦ χρόνυ δείκνυσι τὴν βασιλίδα,
Ἢ πάσχα καινὸν, ϗ ψυχῶν ἔαρ φύει.
*Laetas Mamas mulgebat ante capreas,
Nunc debitos plausus, honoresque accipit,
Annique principem esse monstrat hunc diem,
Qui Pascha, verque provehat nobis novum.*

Animadvertendum est, quaedam circa initium Orationis omissa, in eius calce restituta ab eadem manu fuisse.

XXXIV. p. 247. Τῦ αὐτῦ εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. *Eiusdem in sanctam Pentecosten.* Ibid. p. 705.

Ἀλλ' ὐδ' ὁ νυνὶ συντεθεὶς, πάτερ, λόγος
Τῦ πανσόφυ πνεύματος ἐγράφη δίχα·
Καὶ γὰρ ἕνα κρίνει σε τῶν ἀποστόλων
Γλώττης ξένης πνέοντα πυρφόρον μένος.
*Non iste certe Sermo bene digestus, Pater,
Sine ope sapientissimi Spiritus scriptus fuit;
Vnum enim te declarat ex Apostolis
Igneam vim spirantem ore mirabili.*

XXXV. p. 252. Τῦ αὐτῦ περὶ εὐταξίας τῆς ἐν ταῖς διαλέξεσι, ϗ ὅτι ὐ παντὸς ἀνθρώπυ, ὐδὲ παντὸς καιρῦ τὸ διαλέγεσθαι περὶ Θεῦ. *Eiusdem de moderatione in disputationibus servanda: & quod non sit cuiusvis hominis, nec cuiusvis temporis de Deo disputare.* Ib. p. 442.

Τὴν ἐκ λόγων ἅμιλλαν, ὡς χρὴ, σεμνύνων,
Εὐταξίας δόγματα θεσπίζεις, πάτερ·
Τὸ κόσμιον γὰρ πανταχῦ φίλον τίθης,
Καὶ τὴν ἐπιπρέπυσαν εὐαρμοστίαν.
*In disputationibus, ut decet, gravitatem servans,
Moderationis leges statuis, Pater;
Vbique enim caram petis modestiam,
Et bene convenientem rebus aequitatem.*

XXXVI. p. 261. Τῦ αὐτῦ κατὰ Ἀρειανῶν ϗ εἰς ἑαυτόν. *Eiusdem adversus Arianos, & de se ipso.* Ibid. p. 431.

Ἀρειανοὶ τεφρῦσθε ληρῦντες μάτην,
Τὴν γὰρ ὑμῶν ἔφλεξε κακοδοξίαν
Ὁ Γρήγορος νῦν ἀδρανῦς ὕλης τρόπον,
Ὀξὺς κεραυνὸς εὑρεθεὶς τοῖς ἐκφύλοις.
*Tabete Ariani, qui inepta funditis,
Nam vestram adussit impiam sententiam,
Vt levem stipulam Gregorius,
Qui vehemens est fulmen contra extraneos.*

XXXVII. p. 266. Τῦ αὐτῦ εἰρηνικὸς τρίτος λεχθεὶς ἐν Κωνσταντινυπόλει ἐπὶ τῇ γενομένῃ τῷ λαῷ φιλονεικίᾳ περὶ ἐπισκόπων τινῶν διαλεχθέντων πρὸς ἀλλήλυς. *Eiusdem de Pace Oratio tertia, habita Constantinopoli, quum ob mutuam quorumdam Episcoporum contentionem, plebs CP. in partes divisa, discordiae morbo laboraret.* Ibid. p. 213.

Ἴδε

Ἴδε τρίτον τίθησιν εἰρήνης λόγον
Ἡ δινητικὴ σφενδόνη τοῦ δεσπότου,
Δι' ἧς τὸν ἐχθρὸν τῶν ψυχῶν καταισχύνει
Λύουσα πᾶν ὄνειδος ὀρθοδοξίας.
En tertium proponit Sermonem pacis
Volubilis funda Despotae,
Cuius vi acta, hostem animarum pudore suffundit,
Recte sentientem ab omni opprobrio liberans.

XXXVIII. pag. 271. Ἐπιστολὴ πρώτη πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτερον κατὰ Ἀπολιναρίου. *Epistola prima ad Cledonium presbyterum adversus Apollinarium.* Inscr. Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ καὶ συμπρεσβυτέρῳ Κληδονίῳ, Γρηγόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν. *Perquam honorando, ac Deo carissimo fratri, & consacerdoti Cledonio, Gregorius in Domino gaudere.* Ibid. p. 737.

Λάμβανε Κληδόνιε τὰς θείας πλάκας,
Ἅς σοι Θεὸς πέπομφεν ἐγγεγραμμένας
Τῷ δημιουργῷ τοῖς ἔργοις τῶν δακτύλων·
Τῶν γὰρ παλαιῶν ἧττον οὐδὲν ἐνθάδε.
Sume manu, Cledoni, divinas tabulas,
Quas tibi misit Deus, ab eo scriptas,
Qui res creavit opere digitorum suorum;
Nil enim novi in novo, quod non sit in veteri Testamento.

XXXIX. p. 274. *b.* Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κληδόνιον δευτέρα ἐπιστολή. *Eiusdem ad Cledonium Epistola secunda.* Ibid. p. 745.

Καὶ δευτέρας δέδεξο βροντὰς ὑψόθεν
Τὰς δογματικὰς ἀστραπὰς φρίξας τέως,
Βέλτιστε Κληδόνιε· καὶ γὰρ ὁ γράφων
Ἐκχεῖ μετ' ἀκμῆς γνωστικὴν ἐπομβρίαν.
Excipe etiam secunda ex alto fulmina,
Qui nuper dogmatum horruisti fulgura,
Optime Cledoni: nam qui scribit,
Magna cum vi effundit caelestes imbres.

XL. p. 276. *b.* Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας αὐτὸν ἐπιθυμεῖν τῆς καθέδρας Κωνσταντινουπόλεως. *Eiusdem de se ipso, & ad eos, qui ipsum Cathedram Constantinopolitanam adfectare dicebant.* Ibid. p. 464.

Ἐπισκοπῆς ἐρᾶν σε πᾶς τις ἂν λέγοι,
Τῆς οὐ ταπεινῆς, ἀλλὰ τῆς ὑπερτάτης.
Καὶ γὰρ κατ' αὐτῶν ἐν λόγοις τῶν ἀφρόνων
Ἄνωθεν, οὐ κάτωθεν ὡπλίσθης, μάκαρ.
Episcopatum te desiderare vel omnes dicant,
Nec infimum quidem, sed sublimissimum.
Sed tu contra insipientium sermones,
Arma expedi caelestia, non terrestria, o Beate,

XLI. p. 280. Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν, ἐξ ἀγροῦ ἐπιστάντα μετὰ τὰ κατὰ Μάξιμον. *Eiusdem de se ipso, quum post ea, quae a Maximo perpetrata fuerant, rure in urbem rediisset.* Ibid. pag. 472.

Ἀτθὶς ὅλη σὺ κἂν ἐπ' ἀγροῦ τι γράφοις,
Οὐ γὰρ τόποι κρίνουσι τὰς φύσεις, πάτερ.
Οὐκοῦν σεαυτῷ προσλαλεῖς καὶ τοῖς φίλοις
Τὸν πραγμάτων γέμοντα φαυλίζων βίον.
Attica tibi omnis terra, quamvis rure scribas,
Non enim ex locis dignoscuntur naturae.
Igitur tecum ibi, cumque tuis conversaris amicis,
Plenam negotiis vitam fastidiens.

XLII. p. 286. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν τῶν ρν' ἐπισκόπων παρουσίαν. *Eiusdem Oratio in praesentia* CL. *Episcoporum habita.* Ibid. p. 510.

Ἐπισκοπικὴν σεμνύνων παρουσίαν,
Τὴν τῶν λόγων τράπεζαν εἰς μέσον τίθης·
Καὶ γὰρ ἀγαθὸς ἑστιάτωρ εὑρέθης,
Τὸ δογματικὸν, πάτερ, ἐκχέας πόμα.
Episcoporum venerans praesentiam,
Sermone grato lautam eis mensam instruis;
Vere autem bonus convivator fuisti,
Qui dogmatum, Pater, ingessisti pocula.

XLIII. p. 294. Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικὸς πρῶτος, καὶ κατὰ Ἑλλήνων. *Eiusdem contra Iulianum Invectiva prior, & adversus Ethnicos.* Ibid. pag. 49.

Πολὺς μὲν εἶ σὺ πανταχοῦ νικῶν, πάτερ,
Μόνου δὲ τοῦ νῦν ἀκριβῶς ἧττον μένεις·
Ἔχρην γὰρ εἰς ἓν συνδραμεῖν πάντα στόμα,
Καὶ τὸν στυγητὸν τῷ Θεῷ καθυβρίσαι.
Vere multum ubique victor exsistis, Pater,
In hoc tamen uno nunc longe minor es te ipso.
Oportebat enim, ut omnes in unum linguae concurrerent,
Et Deo odiosum virum onerarent iniuriis.

XLIV. p. 321. Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Ἰουλιανοῦ στηλιτευτικὸς β'. καὶ κατὰ Ἑλλήνων. *Eiusdem in Iulianum Invectiva secunda, & contra Ethnicos.* Ibid. p. 109.

Ἰουλιανὸς ἐγκαλυπτέσθω τρέμων,
Καὶ δευτέραν γὰρ ἔσχεν ἰδοὺ καιρίαν,
Ὡς τοξότου βάλλοντος εὐστόχῳ ῥύμῃ
Σοῦ, πάτερ, αὐτόν. Εἴθε καὶ τρίτην ἔθου.
Tremens se abscondat Iulianus:
En alteram excipit lethalem sagittam,
More sagittarii, impetente rectâ
Te, Pater, ipsum. Vtinam & tertiam iacias.

XLV. p. 333. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου τὸ, Ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου. *Eiusdem in dictum illud Evangelii, Quum consummasset Iesus hos sermones &c.* Ib. p. 496.

Εὐαγγελικὰς δεῦρο θαλάσσας βλέπων
Χαλᾷς τὸν ἀπλοῦν τῆς σαφηνείας βόλον,
Ζωγρῶν δὲ τὸν νοῦν τῶν ἀποῤῥήτων, πάτερ,
Τοὺς σοὺς ἐραστὰς ἑστιᾷς φιλοφρόνως.
Evangelicum prope intuens mare,
Iacis in illud clarae explanationis retia;
Et mentes recreans arcanis, Pater,
Tuos amicos conviveris dulciter.

XLVI. p. 339. Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Νεκτάριον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. *Eiusdem ad Nectarium Episcopum Constantinopolitanum.*

Στήριζε, Νεκτάριε, τὴν ἐκκλησίαν,
Καὶ τὰ σίφη λίπαινε μὴ βόσκων μάτην·
Ὁ Γρήγορος γὰρ τοῦ Θεοῦ νοῦς ἐνθάδε
Σοφῶς διασπᾷ τοὺς βαρεῖς ταύτης λύκους.
Adsis, Nectarie, ad firmitatem Ecclesiae,
Relinque turbas Pastor non inutilis:
Quandoquidem Gregorii mens edocta a Deo
Sapienter dispergit infestos lupos Ecclesiae.

Oratio inc. Ἔοικε τὴν παροῦσαν ζωήν. Des. διὰ τῆς παῤῥησίας αὐτῶν κατισχύσει. Ἐῤῥωμένον σε καὶ ὑπερευχόμενον ἡμῶν, ὁ Χριστὸς χαρίσαιτο ταῖς

ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τὸν κοινὸν προςάτην τῶν ἐκκλησιῶν. Quae quidem ultima verba post κατισχύσει desunt in cit. edit. p. 723.

XLVII. p. 340. Τȣ̃ αὐτȣ̃ εἰς τὴν χειροτονίαν Δοάρων. *Eiusdem Oratio habita in electione Eulalii Doarensium Episcopi*. Ibid. p. 494.

Θησαυρὸν, Εὐλάλιε, δογμάτων βλέπων,
Α῎ρπαζε μὴ ψήγματα ϗ βόλυς μόνον·
Γρηγόριος γὰρ μὴ φθονῶν σοι τῆς τύχης
Σωρηδὸν εἰσήνεγκεν αὐτὸν ἐνθάδε.
Dogmatum thesaurum, Eulali, videns,
Noli ramenta, & frusta tantum carpere;
Tuae enim non invidens fortunae Gregorius,
In acervum heic congessit sapientiam.

XLVIII. pag. 341. Τοῦ αὐτȣ̃ εἰς παρθένον παραινετική. *Eiusdem ad Virginem exhortatio*.

Καλὸν μὲν ἁπλῶς πᾶσα γυνὴ παρθένος,
Α᾿λλ' ἣν ἂν αὐτὸς ἐμμελῶς ἀπαρτίσῃς,
Ε῎χει τι πασῶν τῶν ἀδιδάκτων πλέον,
Ω῾ς νυμφαγωγὲ τῶν ψυχῶν τῶν ἀφθόρων.
Certe quid praestans omnis virgo femina,
Sed quam omnibus numeris absolutam reddidisti,
Ceteris illitteratis quid maius habet,
O animarum incorruptarum ad sponsum deductor.

Inc. Παρθένε νύμφη Χριςȣ̃. Des. Ι῎δητε, καὶ μιγῆτε τοῖς ἄνω μυςηρίοις. Exstat inter Carmina cit. edit. T. II. p. 299. In Codice tamen licet adinstar solutae orationis scripta sit, tamen singuli versus punctis interpositis invicem distinguuntur.

IL. p. 342. *b.* Τȣ̃ αὐτȣ̃ πρὸς Εὐάγριον μονάζοντα περὶ θεότητος, τινὰ τῶν ἀντιγράφων τȣ̃ Νύσσης. *Eiusdem ad Evagrium Monachum de Divinitate, quaedam ex exemplaribus Nysseni.*

Εὐάγριε θήραμα τῷ Γρηγορίῳ,
Θεῖον γὰρ ἀμφίβληςρον ἐνθάδε πλέκων
Α῎φωνον ἰχθὺν τόνδε μικροῦ δεικνύει
Τὴν τῶν λόγων δύναμιν ἐκπεπληγμένον.
Evagrium piscatus est Gregorius;
Nam dum divina hic nectit retia,
Illum paene mutum piscem esse demonstrat
Irretitum sermonum potentia.

Oratio inc. Σφόδρα σε θαυμάζω. Des. δίκαιον ᾠήθην λόγον. Tom. I. p. 717.

L. p. 344. Τȣ̃ αὐτȣ̃ σημασία εἰς τὸν Ι᾿εζεκιήλ. *Eiusdem Significatio in Ezechielem.*

Ι᾿εζεκιὴλ τȣ̀ς ἀποκρύφȣς λόγȣς
Η῎γαγες εἰς φῶς, ὥσπερ εἰς ὄρθρον σέλας,
Μήτȣ τι ϗ πρόσκομμα τοῖς ἄλλοις φέροι
Τὸ γρῖφον αὐτοῦ ϗ σκιᾶς γέμον, πάτερ.
Ezechielis arcanos sermones
In lucem adduxisti, velut in diluculum,
Ne iam fiat umquam aliis offendiculum
Aenigmaticus, umbrisque plenus eius sermo, Pater.

Oratio inc. Νομίζομεν τὸν ἄνθρωπον. Des. πρότερον Ι᾿ερεμίȣ. Ibid. p. 723.

LI. p. 345. Τȣ̃ αὐτοῦ μετάφρασις εἰς Ε᾿κκλησιαςήν. *Eiusdem metaphrasis in Ecclesiasten.*

Ε᾿κκλησιαςὴς μᾶλλον αὐτὸς εὑρέθης
Ο῾ δημαγωγὸς τῶν ὑπὲρ νοῦν δογμάτων·
Συνήγαγες γὰρ πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν,
Ω῾ς ἄλλος Ο᾿ρφεὺς τεχνικῆς γλώττης μέλει.
Tu potius Ecclesiastes dicaris,
Sublimium facunde doctor dogmatum,
Qui quotquot sunt homines in unum contraxisti,
Vt alter Orpheus, artificiosae linguae dulcedine.

Oratio inc. Τάδε λέγει Σολομών. Des. ἀγαθῶν τε ὁμοῦ ϗ φαύλων. Ibid. p. 749. sed in Codice paginarum 352. & 353. praepostera est collocatio, quod recentior quidam Graecus monitum lectorem voluit: quare nos rectum scripturae ordinem prosequemur.

LII. & ultima pag. 353. Τοῦ αὐτοῦ εἰς μάρτυρας, ϗ κατὰ Α᾿ρειανῶν. *Eiusdem in laudem martyrum, & adversus Arianos.* Inc. Τί τοσοῦτόν ἐςιν εἰπεῖν. Des. ϗ ἡ τοῖς ἀγαθοῖς ἐδωδίμοις πλήθȣσα τράπεζα. Ibid. p. 725. sed tantum Latine. In Codice huic extremae Orationi nulli versus praecurrunt; eos tamen additurus amanuensis, vacuum inter Orationis titulum, & initium reliquit locum. Huic tandem subiicitur pag. 352. *b.* Εὐχὴ τȣ̃ αὐτȣ̃. *Eiusdem precatio*, cuius initium: Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν, Χριςέ μȣ. Finis: σοὶ τῷ Θεῷ προσλαλείτω, τῷ πατρὶ ϗ υἱῷ, κ. λ.

LIII. pag. 354. Orationes excipit Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίȣ ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως τοῦ θεολόγȣ συγγραφεὶς παρὰ Γρηγορίȣ μαθητοῦ αὐτοῦ. *Vita beati patris nostri Gregorii Archiepiscopi Constantinopolitani Theologi, ab eius discipulo Gregorio conscripta.* Inc. Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες, Γρηγόριος ὁ πάνυ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος. Des. σὴ γάρ ἐςιν ἐκείνη ἡ ἱερὰ φωνὴ, ϗ Θεῷ λέγȣσα φίλον εἶναι τὸ κατὰ δύναμιν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, κ. λ. Vid. supra recensionem Cod. V. huius Plutei p. 206. §. XXVII.

LIV. p. 370. Subnectuntur ultimo tandem loco Collectiones Fabularum, quarum meminit Divus Gregorius in nonnullis Orationibus. Occurrunt primo, quae in Oratione in laudem Basilii Magni continentur, quibus titulus: Αἱ περιεχόμεναι ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιταφίῳ Ε᾿λληνικαὶ ἱςορίαι. *Historiae Graecae, quae in funebri in Magnum Basilium Oratione continentur.* Sunt autem xx. Prima est Περὶ τῶν Πελοπιδῶν ϗ Κεκροπιδῶν, ϗ τῶν σὺν αὐτοῖς ὀνομάτων. Ipsius explanatio inc. Οἱ τῶν ἔξω ῥήτορές τε ϗ σοφιςαὶ βȣλόμενοι τὸν ἐγκωμιαζόμενον παρ' αὐτῶν εὐγενέςατον δεῖξαι, κ. λ. Vigesima est Περὶ τοῦ τάφȣ Μαυσώλȣ τοῦ Καρός. Eius explanatio des. περὶ δὲ τοῦ Κολοσσȣ̃ λέγει τοῦ ἀνακειμένȣ ἐν Ρ῾όδῳ, ὅτι μέγιςός ἐςιν ἀνδριὰς, χαλκὸν ἔχων πολὺν, ϗ ἀξιοθαύμαςον ἔχων θέαμα.

LV. p. 373. Αἱ ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ ἱςορίαι. *Historiae, quae in Sermone in sancta Lumina continentur.* Sunt xxiv. Prima est Περὶ τῆς γονῆς τοῦ Διός. *De Iovis genitura*, ad ea Orationis verba, Οὐ Διὸς ταῦτα γοναὶ, κ. λ. pertinens, cuius explicatio sequens est: Οἱ ἀνόητοι θεολόγοι τῶν Ε᾿λλήνων ἐκ Κρόνου ϗ Ρ῾έας λέγȣσι γεγενῆσθαι τὸν Δία, περισωθῆναι δὲ τρόπῳ τοιῷδε. Ο῾ Κρόνος τῇ Ρ῾έᾳ γενόμε-

bitham, & Hiermucham, & Dathemon sanguinis fusio, ad quam Palaestinorum, & Caesareensium, & Hierosolymitarum sequutae sunt capturae, & incensiones. Inde Aegypti pernicies, post vero continuo Mediterraneorum, & Insularum, & Romaniae universae captivitates, insanabilesque vastationes contigerunt. Verum neque propterea pacem Romani principes & dominatores consensionemque firmarunt; verum captis iis, qui in Romana Synodo effulserant, linguarum sectionibus, manuumque abscissionibus in ipsos animadverterunt. Sed quid? horum nobis a Deo concessa retributio fuit; illa nimirum in Phoenicia totalis paene Romani exercitus, militariumque ordinum pernicies, atque in huius accessum pariter omnis Christiani populi locorumque vastatio: quae non prius cessavit, quam Martini persequutor in Sicilia gladio peremtus est. Huius porro filius Constantinus pius, oecumenica congregata Synodo, sanctas coniunxit Ecclesias, in qua Divina simul, & humana Iesu Christi Dei nostri voluntas, atque potestas communi confessione constituta est. Quae sancta Synodus, veluti acceptabile sacrificium, & ut Aaron illud thymiama, a Deo excepta, viginti annorum spatio, cessare omnino fecit gentis nostrae perniciem, gladiosque inimicorum in ipsos invicem convertit: civitatibus requiem contulit, placidum fecit mare, sanguinis effusiones valide cohibuit, universaeque Romaniae requiem, relaxationem, consolationem, pacemque incredibilem comparavit. Verum haec sane omnia insipientes non cognoverunt, neque intellexerunt; in tenebris ambulant, atque per cauponas, per balnea, interque mulierculorum agmina, & lupanaria nobis calumniantur, aientes, eos qui duas esse in Christo voluntates adfirmant, alteram bonam omnino ponere, alteram iniquam, unam Divinam, alteram vero diabolicam. Qua enim, inquiunt, ratione fieri potest, ut humana esse in Christo dicatur voluntas, aiente Apostolo „ quod voluntas carnis Deo non subiicitur „ & „ voluntas carnis inimicitia in Deum „ & „ fuimus aliquando etiam nos Deo inobedientes carnis voluntatem facientes: voluntas namque carnis mors est? „

Haec, horumque similia adversus nos latrant veritatis hostes, ut canes, & equi, & muli, quibus non est intellectus, calumniati nobis, tamquam duas personas, duasque subsistentias diceremus in Christo, duplexque item discrimen distinctionis, duasque contrarias potestates; & Theotocon Deiparae *vocem negaremus, omniaque diversa, atque distincta statueremus in ipso, duplicem denique operationem, bonam, & malam in eo constitueremus. Quibus dicteriis, & calumniis maximum intulerunt populis damnum, sciderunt Ecclesias, turbarunt urbes, iniuria fidem adfecerunt, schismate diviserunt sacerdotes, deceperunt solitarios, contaminarunt Principes, omnia concitarunt, in omni urbe, in omni incolatu, principatuque persequutionem commoventes, iniurias, inquisitiones, sententias, exsilia, condemnationes,*

qua-

τῆς ἐκκλησίας, μῖσος τε τοιοῦτον πρὸς ἡμᾶς ἔχοντες, οἷον οὔτε πρὸς Ἰουδαίους, ἢ Σαμαρεῖς, ἢ Μανιχαίους, ἢ Ἕλληνας, ἢ ἀποςάτας ἔχουσιν· αἱρούμενοι δὲ μᾶλλον συνδυάζειν καὶ συναυλίζεσθαι τοῖς τὰ εἴδωλα προσκυνοῦσιν, ἢ ἡμῖν τοῖς τὰς δύο Χριςοῦ ἰδιότητας ἀδιαιρέτως λέγουσι, καὶ συνεύχεσθαι μᾶλλον σὺν Ἰουδαίοις ἐκλεγόμενοι, ἢ σὺν ἡμῖν τοῖς ὁμολογοῦσιν ἐν Χριςῷ θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην ἀδιαιρέτως θέλησίν τε καὶ ἐνέργειαν· μὴ βουλόμενοι τάχα δὲ μήτε δυνάμενοι διακρίναι, τί μέν ἐςι τὸ θεϊκὸν, καὶ ἄκτιςον θέλημα, τί δέ ἐςι τὸ θεόκτιςον καὶ θεόσδοτον τῆς λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς θέλημα; δι' οὗ θελήματος ἐργάζεται τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεςον τοῦ Θεοῦ θέλημα· τί δὲ πάλιν ἐςὶ τὸ σαρκικὸν, ἤγουν διαβολικὸν καὶ ὑλικὸν θέλημα; ὅπερ ὁ θεῖος ἀπόςολος, καὶ πᾶσαι αἱ γραφαὶ διαβάλλουσι, καὶ ἀποβάλλονται.

Ὅτι γὰρ τὴν ἁμαρτίαν πολλάκις σάρκα ὀνομάζει ὁ Παῦλος, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος „ ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, καὶ οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται „ καὶ „ ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν „ καὶ „ ἂν κατὰ σάρκα περιπατῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν „, σάρκα τὴν ἁμαρτίαν ὀνομάζων, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν τῆς ἡμετέρας σαρκός· ἐπεὶ εὑρίσκεται τὸν Χριςὸν ἐνυβρίζων τὸν λέγοντα „ ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα, καὶ ὀςέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα „. Ὥςε τὸ σαρκικὸν θέλημα ἀλλότριον, καὶ ξένον τοῦ Χριςοῦ, οἱ ἅγιοι πατέρες ὁρίζουσι, καὶ τὴν σαρκικὴν, καὶ ἐμπαθῆ τῆς ἁμαρτίας ἐνέργειαν, οὐ τὴν φυσικὴν, οὐ τὴν θεόκτιςον, οὐ τὴν κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὑπάρχουσαν, ἡμῶν ἄμωμον, καὶ ἀδιάβλητον φυσικὴν θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν.

Ἀλλ' οἱ ἀληθῶς ὄντως ὑπὸ τῆς ἐνεργείας τοῦ διαβόλου ἐνεργούμενοι, καὶ εἰς τὰς πυρώσεις, καὶ ἐκκαύσεις τῆς σαρκὸς ἐκμαινόμενοι, καὶ ὑπὸ τοῦ σαρκικοῦ θελήματος κατακαμπτόμενοι, καὶ μολυνόμενοι, καὶ βορβορούμενοι, μὴ ἰσχύσαντες διακρίναι, τί μέν ἐςι τὸ ἐπείσακτον καὶ πονηρὸν θέλημα, καὶ ἡ παρὰ φύσιν ἐνέργεια, τί δέ ἐςι τὸ θεόφυτον καὶ θεόσδοτον τῆς ψυχῆς λογιςικὸν, καὶ ἐπιθυμητικὸν οὐσιῶδες θέλημα, καὶ τί πάλιν ἡ ζωτικὴ αὐτῆς, καὶ συςατικὴ τοῦ σώματος ἐνέργεια, ὡς γνήσιοι τοῦ Μάνεντος μαθηταὶ διαβάλλουσι τὸ τῆς φύσεως τοῦ θεοκτίςου ἀνθρώπου θέλημα, κακίζουσιν ὡς οἱ Μανιχαῖοι τὴν ἡμῶν θεόκτιςον σάρκα, ὑβρίζουσι τὴν ζωοποιὸν θεόσδοτον ἡμῶν ἐνέργειαν, μέμφονται τὴν νοερὰν ἡμῶν θεόσδοτον ἐπιθυμίαν, δι' ἧς ὀρεγόμενοι τῶν θείων τυγχάνομεν τῆς σωτηρίας, διὰ παντὸς αὐτῶν τοῦ δόγματος τῷ κτίςῃ προσκρούοντες.

Εἰ δὲ πονηρὸν ἦν τὸ ἔμφυτον τῆς ψυχῆς θέλημα, πῶς φησιν ὁ Δαβὶδ „ ὅτι καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι τῷ Θεῷ „.

quales neque Arriani commoverunt usquiam adversus Ecclesiam, tanto nos odio prosequuti, quantum neque adversus Iudaeos, vel Samaritas, vel Manichaeos, vel Graecos, vel recessores, sive Apostatas animo concepissent, commorari potius, copularique eligentes cum idolorum cultoribus, quam nobiscum, qui duas indivise Christi proprietates profitemur; & praeferentes cum Iudaeis oratione convenire, quam nobiscum, qui Divinam humanamque indivise in Christo fatemur voluntatem, atque operationem, quum nolint, neque vero possint continuo discernere, quaenam sit Divina, atque increata voluntas, quaenam vero ea sit voluntas, quae a Deo creata est, donoque tributa rationali nostrae naturae, qua videlicet voluntate bonum operamur, atque sanctissima Divina voluntas a nobis adimpletur: quidque rursus carnalis, sive diabolica, atque materialis voluntas sit, quam sanctus Apostolus, universaeque Divinae litterae improbant, atque reiiciunt.

Quod autem peccatum appellet Paullus saepe saepius carnem, audi ipsum dicentem „ quod caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt; & qui in carne sunt, Deo placere non possunt „ & „ qui seminat in carne, de carne etiam metet corruptionem „ & „ si secundum carnem ambulaveritis, futurum est, ut pereatis „ carnem peccatum nominans, non autem carnis nostrae naturam: iniuria quippe etiam Christum adficeret dicentem „ palpate me, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere „. Ita ut carnalem voluntatem alienam a Christo, extraneamque definiant sancti Ecclesiae Patres, & carnalem, atque peccato subiectam operandi facultatem, non eam, quae naturae est, non eam quae creata a Deo est, non eam quae ad imaginem, & similitudinem Dei nobis concessa est, immaculatam, & irreprehensibilem naturalem voluntatem, atque operationem.

Sed qui vere Diaboli potestate intus aguntur, & carnis concupiscentiis, & incendiis subiecti manent, subque carnali voluntate deprimuntur, in ipsis contaminati, & obvoluti, quum discernere nequaquam valeant inter superinductam voluntatem & malam, & operationem, quae praeter naturam est, & inter eam, quae a Deo originem sortitur, atque a Deo data est animae, essentialiter rationalem, & desideriis aptam voluntatem: neque quid rursus sit vitalis eius, & subsistens facultas corporis, ut periti Manethis discipuli improbant naturalem a Deo creati hominis voluntatem, utque Manichaei carnem nostram a Deo ipso editam damnant, iniuriaque adficiunt datam a Deo nobis vivificantem operationem, intellectualemque a Deo nobis pariter datam desiderandi facultatem incusant, per quam scilicet elevati Divinam nanciscimur salvationem: hoc scilicet eorum dogmate per omnia ipsum impetunt Creatorem.

Si autem iniqua haec animae voluntas est, quomodo David inquit „ quoniam ex voluntate mea confitebor Domino? „ Quomodo autem

omnino

Πῶς γὰρ ἂν ὅλως καὶ δυνήσεται ἡ ψυχὴ θελῆσαί τι τῶν θείων, εἰ μὴ ἔχει θέλησιν λογικήν; ἢ πῶς νοήσει τι τῶν κρειττόνων καὶ νοερῶν, ἢ ἐνεργήσει, μὴ ἔχουσα ἐνέργειαν νοεράν; δι' ὧν δύο ἰδιοτήτων ἐξεικονίζει σαφῶς ἐν ἑαυτῇ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον ἡμῖν πεπόνηνται οἱ προκείμενοι εἰς τὸ κατ' εἰκόνα λόγοι, εἰς τὸ δεῖξαι, ὡς ἐν τύπῳ τινὶ καὶ εἰκόνι τῷ ἀνθρώπῳ οὐ μόνον τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ οὐσιῶν τὴν προδιατύπωσιν, ἀλλὰ καὶ δύο ἐνεργειῶν καὶ θελημάτων ἀδιαβλήτων, ὡς ἐν τύπῳ τινὶ ἀμυδρῷ προδιάγραψιν. Καὶ γὰρ τὸ τιμᾷν πατέρα καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς ἀγαπᾷν, καὶ συγγένειαν, φύσεως ἀνθρωπίνης φυσικόν ἐστιν οὐσιῶδες θέλημα, ψυχῆς ἀδιάβλητον· τὸ δὲ καταλεῖψαι, καὶ ἀρνήσασθαι διὰ Θεὸν πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς, ὄντως θεῖον, καὶ ὑπὲρ φύσιν θέλημα, ἀξιέπαινον. Ἰδοὺ δύο θελήματα ἀδιάβλητα, τὸ μὲν φύσει ἀνθρώπινον; τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν καὶ θεῖον.

Λοιπὸν ὅτε εἴδῃς Ἰησοῦν ὑποτασσόμενον καὶ δουλεύοντα, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, τῷ Ἰωσὴφ, καὶ τῇ μητέρι, καὶ προστρέχοντα, καὶ περιπλεκόμενον, ὡς παιδίον ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τοῖς ἁγίοις κόλποις αὐτῆς, μὴ διστάσῃς εἰπεῖν θελήματι, καὶ στοργῇ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως ποιοῦντα, καὶ δεικνύντα αὐτὸν ταῦτα, καὶ τέλειον, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἑαυτὸν ἐμφανίζοντα κατὰ πάντα τρόπον, ὥς φησιν ὁ Παῦλος, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας· ὅταν δὲ πάλιν πρὸς τὴν μητέρα λέγει „ τί ἐμοὶ, καὶ σὺ γύναι „ καὶ „ τίς ἐστι μου πατὴρ, ἢ μήτηρ, εἰ μὴ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με „ ἐνταῦθα παιδεύει ἡμᾶς τὸ θεῖον, καὶ ὑπὲρ φύσιν θέλημα. Δι' ἡμᾶς γὰρ πάντα ἐποίει, καὶ ἔπραττεν ἐν πᾶσιν αὐτὸς τέλειος, καὶ προτέλειος, καὶ ἀεὶ πληρὴς ὑπάρχων, νομίζων δὲ μᾶλλον ἀκριβεστέραν ὑπάρχειν τὴν ἑτέραν ἐκδοχὴν τὴν φάσκουσαν, ὅτι διὰ τῆς θελήσεως τῆς λογιστικῆς, καὶ βουλευτικῆς, καὶ διανοητικῆς τῆς νοερᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπλήρου ὁ Χριστὸς τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν ἐντολὴν, καὶ τὸ πρόσταγμα, καὶ τὸν νόμον. Διὰ δὲ πάλιν τῆς ζωτικῆς, καὶ ζωοποιοῦ θεοσδότου, αὐτῆς λέγω δὴ τῆς ψυχῆς τῆς νοερᾶς ἐνεργείας συνεκράτει, καὶ ἐζωοποίει, καὶ ηὔξει τὸ οἰκεῖον σῶμα ὁ Θεὸς λόγος κατὰ τὸν ὅρον καὶ νόμον, ὃν δέδωκε τῇ λογικῇ ψυχῇ ζωοποιεῖν, καὶ συγκρατεῖν, καὶ αὔξειν, καὶ κινεῖν τὴν τῶν σωμάτων φύσιν. Ὅθεν καὶ ψυχὴ δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, εἰ μὴ ἐκ τοῦ ψύχειν, ἤγουν ζωοποιεῖν τὸ σῶμα. Ἐκ τούτου καὶ ἀποψύχειν τὸ ἀποθνήσκειν εἴρηται· ὥσπερ πάλιν τὸ ἀναψύχειν τὸ ζῆν.

Ὥσπερ δὲ διττῆς Χριστοῦ φύσεως, ὡσαύτως καὶ θελήσεως εἰκόνας ἐδείξαμεν εἰς τὸν κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον σύνθετον ἄνθρωπον· οὕτω πάλιν ὡς ἐν

omnino anima posset Divinum aliquod velle; nisi rationali praestaret voluntate? vel quomodo ad ea, quae optima sunt, & intellectualia posset animum adiicere, vel ad ipsa conari, nisi rationalem haberet facultatem? quibus nimirum duabus proprietatibus in ea manifeste exprimitur id, quod est ad imaginem, & similitudinem Dei. Propterea itaque, & hac una de caussa duo a nobis praedicti Sermones conscripti sunt in illud, ad imaginem, ut ostenderemus, in homine veluti in figura & imagine quadam, non modo duplicis Christi essentiae imaginem, verum etiam duarum operationum voluntatumque indivisarum exemplar. Verum enimvero patrem, matremque honorare, fratres, atque consanguineos diligere humanae proculdubio naturae naturalis est, essentiae indita, atque ab anima indivisa voluntas: quum patrem ipsum, atque matrem, fratresque propter Deum derelinquere, atque abnegare Divina sit, laude digna voluntas, excedensque naturae conditionem. En itaque duas indivisas voluntates; humanae naturae alteram, alteram super naturam ipsam, atque Divinam.

Ceterum quum Iesum prospicis subditum, & inservientem, ut inquit Lucas, Iosepho, & matri, ipsis accurrentem, & ut puerulum sancti gremii eius complexu circumdatum, ne dubites dicere voluntate, & ingenito nostrae naturae amore haec ab ipso praestari, demonstrarique, seque eum nobis perfecte humanitate consubstantialem ostendere omni, ut inquit Paullus, ratione, si unicum exceperis peccatum. Quum rursus autem matri dicit „ quid mihi est, & tibi mulier? „ & „ quis pater meus est, & mater, nisi is, qui facit voluntatem eius, qui misit me? „ nobis iis locis Divinam, supernaturalemque suam indicat voluntatem. Omnia quippe propter nos fecit, & operatus est perfectus ipse in omnibus, & summe perfectus, semperque exsistens in plenitudine, & statuens alteram, quae mox dicta est subiectionem multo esse meliorem, quoniam per rationalem, atque deliberativam voluntatem, & discretivam intellectualis animae, quam in forma servi acceperat implevit Christus voluntatem, praeceptum, imperium, & legem patris, atque pariter per vitalem, & vivificantem, a Deo sibi datam, eam, inquam, animae intellectualis facultatem, rexit, vivificavit, auxitque corpus suum Dei Verbum, iis sane limitibus, ac legibus, quae rationali animae sunt a Deo praescriptae, ut informet, vivere faciat, augeat, & moveat corporis ipsius naturam. Quamobrem non alia de caussa spiritus dicitur, nisi eo quod corpus vivificet, sive faciat spirare; exindeque pariter mori, non spirare nuncupatur, similiterque vivere, respirare.

Quemadmodum autem duplicis Christi naturae imaginem voluntatisque similiter in proposito ab ipso ad imaginem, & similitudinem suam formato homine demonstravimus; sic pariter

εἰκόνι τινὶ, καὶ τύπῳ, λέγω, ὁρᾶται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ διττή τις ἐνεργείας ἔμφασις εἰς εἰκόνα, καὶ τύπον Χριστοῦ. Καθάπερ γὰρ ἡ αὐτοῦ θεότης ἐνήργει καὶ θεανδρικῶς, ἐνήργει δὲ καὶ θεϊκῶς ἐν οὐρανῷ πρὸ τῆς τοῦ σώματος ἀναλήψεως, ὡς ἀπερίγραπτος, καὶ μὴ περιγραφεῖσα ἐν τῷ σώματι· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡ κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ λόγου ὑπάρχουσα, ἐνεργεῖ μὲν καὶ ψυχανδρικῶς, τουτέστι, σωματοψύχως εἰς τύπον τοῦ θεανδρικῶς Χριστοῦ· ἐνεργεῖ δὲ καὶ ψυχικῶς μόνον, πλεῖστά τινα μὴ συνεργοῦντος αὐτῇ τοῦ οἰκείου σώματος, εἰς τύπον τοῦ ἀοράτου Θεοῦ λόγου τοῦ πολλὰ ἀοράτως ἐνεργήσαντος, καὶ ἐνεργοῦντος ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς διὰ τῆς ἀπεριγράπτου αὐτοῦ, καὶ παγκοσμίου, καὶ ὑπερκοσμίου θεϊκῆς ἐνεργείας.

Ἡ οὖν ἀγάπη ἡ πρὸς Θεὸν κατὰ ψυχικὴν καὶ μόνην ἐπιτελεῖται ἐνέργειαν, οὐ χρῄζουσα ἐν τούτῳ τῆς συνεργείας τοῦ σώματος· ὁμοίως καὶ ἡ πίστις ψυχικῆς καὶ μόνης ἐνεργείας ἐστὶν ἔνδειξις· ὡσαύτως καὶ ἡ ἐλπὶς κατὰ ψυχικὴν καὶ μόνην ἐπιτελεῖται ἐνέργειαν· ὥσπερ καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη δι' ἐνεργείας ψυχικῆς ἐνεργεῖται, καὶ ὑφίσταται, καὶ περιληπτικῶς εἰπεῖν, πᾶσαι αἱ ἀναγκαῖαι, καὶ πνευματικαὶ ἀρεταὶ, ὧν ῥίζα, καὶ μήτηρ, καὶ θεμέλιός ἐστιν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας, κατὰ τὴν νοερὰν καὶ μόνην τῆς λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς ἐνέργειαν ἐπιτελοῦνται, οὐ χρῄζουσαι τοῦ σώματος εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐκπλήρωσιν. Ὅθεν καὶ οἱ πληροὶ, καὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἀκίνητοι ὄντες τῇ σαρκὶ, δύνανται διὰ τῶν τοιούτων ἀρετῶν τῇ κατὰ ψυχὴν ἐνεργείᾳ εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ· καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ δὲ μάλιστα τῷ καθ' ἡμᾶς δείκνυται τὸ διττὸν τῆς καθ' ἡμᾶς ἐνεργείας· τοῦ γὰρ σώματος ὥσπερ νενεκρωμένας, καὶ σχεδὸν ἀνενεργήτους τὰς αἰσθήσεις ἔχοντος, ἡ νοερὰ καὶ λογιστικὴ τῆς ψυχῆς ἐνέργεια ἀκοιμήτως, καὶ ἀσιγήτως τὰ πάντα περιπολεῖ.

Ἐπεὶ πῶς καὶ χωριζομένη τοῦ σώματος ἐν τῷ θανάτῳ συνίσταται ἡ λογικὴ ψυχὴ, εἰ μὴ διὰ τῆς νοερᾶς αὐτῆς, καὶ ζωτικῆς, καὶ ἀειζώου ἐνεργείας; καὶ μάλιστα αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ πῶς νῦν Θεὸν αἰνοῦσι; κατὰ ποίαν ἐνέργειαν τὴν παρ' αὐτοῦ εἰσδέχονται ἔλλαμψιν; πῶς ὑπὲρ κόσμου πρεσβεύουσιν; ἕκαστον γὰρ πρὸς τὴν οἰκείαν συγγένειαν τὴν ἰδιότητα ἔχει· τὸ μὲν σῶμα ὡς ἐξ ἠρεμούσης, καὶ νεκρᾶς, καὶ ἀκινήτου, καὶ ἀναισθήτου γῆς ὑφεστὼς νεκρόν τε καὶ ἄψυχον, καὶ ἀναίσθητον, καὶ ἀκίνητον, καὶ πάντη ἄπρακτον ἐν τῷ θανάτῳ γίνεται, κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν τὴν περὶ τοῦ σώματος πρὸς τὸν Ἀδὰμ ῥηθεῖσαν „ ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ὡς γῆ ἀπελεύσῃ, ἐξ ἧς καὶ ἐπλάσθης. „ ἡ δὲ ψυχὴ οὐκ ἐκ γῆς γέγονεν, οὐκ ἐξ ἀέρος, οὐκ ἐξ ὑδάτων, οὐκ ἐκ πυρὸς, οὐκ ἐκ φωτὸς, οὐκ ἐξ ἡλίου, οὐκ ἐκ νεφέλης, οὐδὲ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας κτιστῆς ὁρωμένης, ἢ νοου-

riter veluti in imagine quadam, inquam, atque figura prospicitur in homine duplex facultatis vigor secundum typum, & imaginem Christi. Etenim sicut Divinitas eius Theandrice, sive Deiviriliter operabatur, & pariter ante corporis adsumptionem Divinitus etiam operabatur in caelo, ut incircumscripta, neque corporis coërcita limitibus; ita anima quoque ad imaginem, & similitudinem invisibilis Dei Verbi exsistens, facultatem operationis habet psychandricae, hoc est in corpus vitaliter agentis, quod Theandricae operationis Christi figura exprimitur, & facultatem habet rursus operationis spiritalis tantum, quum ipsa permulta haudquaquam cum proprio simul corpore operetur; quod figura exprimitur Dei invisibilis Verbi, plura invisibiliter operari potentis, facientisque in caelo, & in terra, incircumscripta sua, perfectissimaque, & superexcellenti Divina virtute.

Amor itaque, quo in Deum ferimur, spiritali tantum animae virtute perficitur, quin omnino corporis cooperatione ad hoc egeat. Fides similiter unius tantum spiritalis huius facultatis est vigor: spes eodem quoque modo sola spiritali facultate peragitur: quemadmodum humilis etiam animi demissio per spiritalem facultatem exercetur, atque consistit, & ut summatim dicamus, necessariae omnes, & spiritales virtutes, quarum radix, fundamentum, ac mater est puritas cordis, per solam intellectualem rationalis animi nostri facultatem perficiuntur, quin omnino corpore indigeant, ut ipsarum actus impleantur. Quamobrem ii quoque, qui carne tumentes, & infirmi sunt, & immobiles, eiusmodi virtutibus, quae ex animi facultate sunt Deo beneplacentes fieri possunt. Ceterum in somno potissimum nostro duplex haec nostra facultas eleganter ostenditur. Corpore enim habente tunc velut mortuas, agendique propemodum incapaces sensuum facultates, intellectualis tantum, rationalisque animae actio, nec quietis patiens, nec silentii, omnia administrat.

Quomodo vero etiam separata a corpore per mortem rationalis subsistit anima, praeterquam ob intellectualem sui, vitalemque, atque perpetuo viventem virtutem? Ac iustorum animae potissimum quomodo Deum nunc laudibus extollunt? quanam actione lucem ab eo, & claritatem accipiunt? quomodo pro mundo rogant? rem enim sibi cognatam quidlibet proprie respicit, & ad eam tendit. Corpus namque, ceu ex stupida, & mortua, & immobili, insensibilique terra formatum, mortuum, animo, sensu, ac motu destitutum, atque actioni cuique ineptum fit per mortem, iuxta divinam sententiam adversus corpus in Adamum pronunciatam „ quoniam terra es, & in terram iterum reverteris, eius terrae similem, ex qua etiam plasmatus es. „ Anima porro non de terra facta est, non ex aëre, non ex aquis, non ex igne, non ex luce, non ex sole, non ex nubibus, neque ex alia quavis creata adspectabili substantia, sive natura, vel excogitabi-

μένης· ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀχράντου, ϗ ἀϊδίου, καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ ἀνερμηνεύτου, ϗ ἀοράτου, ϗ ἀσχηματίϛου, ϗ ἀθανάτου, ϗ ἀφθάρτου, ϗ ἀψηλαφήτου, καὶ ἀῤῥεύϛου, ϗ ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ τὴν κτίσιν, ϗ τὴν ὕπαρξιν, ϗ τὴν πρόοδον διὰ τοῦ θείου ἐκείνου ἐμφυσήματος ἡ θεοείκελος, ϗ θεόσδοτος, ϗ θεόμοιος, καὶ θεόκτιϛος ἡμῶν ψυχὴ ἔσχεν, ὥσπερ ἔκ τινος πηγῆς ζωῆς ζωὴ ϗ ζωοποιὸς προελθοῦσα, ϗ ὡς ἐκ θησαυροῦ φωτὸς λαμπηδὸν δημιουργηθεῖσα, καὶ ὡς ἔκ τινος ἀβύσσου ἀϊδίου ἀρώματος εὐωδίας πνοὴ διὰ τοῦ θείου ϛόματος γεννηθεῖσα, ἐξελθοῦσα, καὶ τῷ Ἀδὰμ ἐνοικιοθεῖσα[1]· καὶ ὅπως ἀποτολμήσας εἴπω, ἐκ τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ λόγου ἡ λογικὴ ἡμῖν μετεδόθη ψυχὴ, ἐκ τοῦ ἀχράντου ϛόματος εἰς ἡμᾶς ἐμπνευσθεῖσα, ἐκ Θεοῦ καρδίας ἡμῖν καρδιωθεῖσα, ἐκ Θεοῦ ψυχῆς ἡμῖν ἐμψυχωθεῖσα, ἐκ Θεοῦ νοὸς ἡμῖν νοερωθεῖσα· ὅθεν ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀκινήτου διὰ τοῦ ϛόματος[2], ϗ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ θείου προελθοῦσα, ϗ γεννηθεῖσα ἀεικίνητος ὑπάρχει, καὶ μόνη παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν κατ᾽ εἰκόνα, ϗ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὑπάρχει, καὶ προσηγορεύθη, ὡς ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ κατὰ χάριν τὰ τῆς θείας φύσεως ἰδιώματα τυπικῶς· λέγω δὴ τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἀσχημάτιϛον, τὸ καθαρὸν, τὸ ἀθάνατον, τὸ αἰώνιον, τὸ ἄφθαρτον, τὸ αὐτεξούσιον, τὸ ἀναμάρτητον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ σοφιϛικὸν, τὸ πνευματικὸν, τὸ δημιουργητικόν.

Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς ἐκ γῆς ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς κατὰ χάριν δημιουργεῖ ἄνθρωπον· ϗ ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρώτης πλάσεως τὸ μὲν σῶμα ἐκ τῆς γῆς ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ γεννηθεῖσαν· οὕτω ϗ νῦν τὸ μὲν σῶμα ἐκ τῆς γυναικείας γῆς ϗ αἵματος συνίϛαται, ἡ δὲ ψυχὴ διὰ τῆς σπορᾶς, ὥσπερ διά τινος ἐμφυσήματος ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἀῤῥήτως μεταδίδοται. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς τῶν ἀγγέλων, ϗ τῶν Χερουβὶμ ϗ Σεραφὶμ δημιουργίας εἴρηται „ ὅτι αὐτὸς, τουτέϛιν, ὁ Θεὸς εἶπε, ϗ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, ϗ ἐκτίσθησαν· „ ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ κατ᾽ εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὄντος, οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα διὰ τῶν οἰκείων, ϗ θείων χειρῶν αὐτοῦ ἔπλασεν ὁ Θεὸς, τὴν δὲ ψυχὴν ὡς ἀόρατον ἐκ τῆς παναοράτου αὐτοῦ ψυχῆς διὰ τοῦ ἐμφυσήματος προήγαγε, καὶ ἐποίησε παρ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τῶν ἐκτὸς ἑαυτοῦ ταύτην ἡμῖν ἐνθεὶς, ὡς Γρηγορίῳ δοκεῖ.

Οὐκοῦν εἰ ἐκ ϛόματος, ϗ πνοῆς Θεοῦ προῆλθεν ἡ ψυχὴ, ἐκ πνοῆς Θεοῦ προῆλθον, ϗ συμπροῆλθον πάντα τὰ τῆς ψυχῆς οὐσιώδη ἰδιώματα, τουτέϛι, τὸ λογιϛικὸν, τὸ νοερὸν, τὸ θελητικὸν, τὸ ἐνεργητικὸν, τὸ ζωοποιόν; ὧν τινων ἀναιρουμένων οὐδέ ἐϛιν, οὐδὲ γνωρίζεται ψυχὴ λογική· καθάπερ γὰρ τὰ ϛοιχεῖα σύϛατικὰ, ϗ συμπληρωτικὰ τοῦ σώματος ὑπάρχει, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ διὰ

tabili essentia; verum ex ipsa immaculata, aeterna, incomprehensibili, inexplicabili, invisibili, figurae experte, immortali, incorruptibili, intacta, defluxum non patiente, incorporeaque Dei natura creationem, subsistentiam, & ortum per Divinum illum adflatum, Deo similis, a Deo data, Deo adsinis, a Deo creata anima nostra habuit, ut ex fonte vitae quodam vita, & vivificans progressa, utque ex lucis thesauro creata fax, utque pariter ex quadam sempiterni aromatis abysso odoris Divino ex ore respiratio genita, & egressa, atque in Adam habitatione locata: utque fidenter dicam, ab omnium conditore Dei Verbo rationalis nobis traditus est animus, ex immaculato ipsius ore in nosmetipsos inspiratus, ex Divino corde in nostrum collocatus cor, ex Dei spiritu in nos spiratione diffusus, ex Divina mente nobis intellective concessus; quapropter tamquam ex ipso Deo immobili per Divinum os, Divinamque spirationem, profluens, & originatus, perpetuo mobilis manet, solusque praeter reliquas omnes creaturas ad imaginem, similitudinemque Divinam exsistit & denominatur, ut in semetipso figurative per gratiam habens Divinae ipsius naturae proprietates, quod videlicet, inquam, incomprehensibilis sit, invisibilis, corporis expers, figura carens, purus, immortalis, aeternus, incorruptibilis, a se ipso subsistens, peccati labe non pollutus, vivificans, sapiens, spiritalis, operativus.

Quemadmodum namque Deus hominem de terra formavit, sic homo de muliere per gratiam hominem generat; ac sicuti in prima illa formatione sortitus est homo de terra corpus, animum autem ex Deo ipso originatum: ita nunc pariter corpus ex muliebri terra, sanguinibusque consistit, animus autem per semen, veluti per quamdam ex homine spirationem, ineffabiliter ex homine traditur. Enimvero de Angelorum, deque Cherubim, & Seraphim opificio dictum est „ quia ipse, Deus scilicet, dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt: „ non ita porro de homine, qui est ad Dei imaginem, atque similitudinem editus: verum huius quidem corpus propriis suis Divinis manibus plasmavit Deus: animam autem, ut invisibilem, ex summe invisibili spiritu suo per inspirationem produxit, atque, ut Gregorio visum est, ex semetipso fecit, non autem ex eorum aliquo, quae extra ipsum essent formatam eam nobis contulit Dominus.

Nonne igitur, si Divino ex ore, atque spiritu processit animus, simul etiam cum ipso omnes animi essentiales proprietates processere, rationalis videlicet, intellectiva, volitiva, operativa, vivificansque potestas? quibus nempe sublatis, neque amplius est, neque rationalis anima cognoscitur. Quemadmodum enim corpus elementa componunt, atque perficiunt, ita pariter suis dotibus, pro-

(1) Notandum quae deesse superius in Codice monuimus, in calce II. Anastasii Homiliae pag. 195. sub N. VII eadem omnino esse, atque ea, quae leguntur heic a verbis pag. 304. superioris, καὶ ἐν τῷ δείπνῳ, κ. λ. usque ad hanc vocem ἐνοικισθεῖσα, & ea, quae mox subduntur a verbis καὶ ἐποίησε παρ᾽ ἑαυτοῦ, κ. λ. usque ad vocem ὁ ἄνθρωπος seq. pag. 306. v. 5.

(2) In marg. litteris maioribus sequens scholium est adscriptum: Εὑρίσκομεν γὰρ ἐν τῇ γραφῇ καὶ καρδίαν, καὶ ψυχὴν, ϗ νοῦν, καὶ ϛόμα, καὶ ἀκοὴν Θεοῦ.

τῶν οἰκείων ἕξεων, ϗ ἰδιοτήτων συνίςαται, καὶ γνωρίζεται, καὶ τῶν ἀλόγων, ὡς λογικὴ διακρίνεται· κατὰ γὰρ τὸ νοερὸν, καὶ λογιςικὸν, ἤτοι βουλευτικὸν, καὶ θελητικὸν, καὶ μόνον τῶν ἀλόγων διαφέρει ὁ ἄνθρωπος· σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς λοιποῖς, καὶ μάλιςα τοῖς τοῦ σώματος κοινωνικὸς, ϗ ὅμοιος, καὶ ὁμοούσιος τῶν ἀλόγων καθέςηκε· καὶ γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς γῆς ὄντα, ὅθεν ϗ τὸ ἡμέτερον σῶμα γέγονε, καὶ θυμὸν ἔχουσι, καὶ κίνησιν ἔχουσι, καὶ ψυχὴν ἄλογον, ϗ ἀθέλητον ἔχουσι, καὶ ζωὴν ἔχȣσι, καὶ φωνὴν, ϗ πνοὴν ἔχουσι, ϗ σάρκα, ϗ αἷμα, ϗ χυμὸν, ϗ ὀςᾶ, ϗ πάντα τὰ ἐν σώματι ἡμῶν ἔχȣσι, ϗ μνήμην ἔχουσι, ὥς φησιν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἰώβ, ϗ ὄρεξιν ἔχουσι, ϗ πεῖναν, ϗ δίψαν, ϗ κόπον, ϗ ἱδρῶτα, ϗ πάντα τὰ σωματικὰ ἡμῶν ἔχȣσι· μόνον δὲ τὸ λογιςικὸν, ϗ νοερὸν, ϗ βουλευτικὸν τῆς ἀθανάτου ἡμῶν ψυχῆς τὸ ἐκ Θεοῦ προελθὸν οὐκ ἔχουσιν.

proprietatibusque perficitur, & dignoscitur animus, ac tamquam rationalis a brutis discernitur ratione destitutis. Namque intellectu, rationeque solum, vel deliberativa, volitivaque facultate ab animantibus brutis discrepat homo: in reliquis autem, iisque potissimum, quae corpus spectant, aequalis, similis, consubstantialis quoque brutis ipsis constitutus esse prospicitur: ex eadem quippe terra formata, ex qua nostrum quoque corpus compactum est, & iram habent, & motum habent, & anima rationis voluntatisque experte non carent, & vitam, & vocem, & respirationem habent, & carnem, & sanguinem, & succum, & ossa, & omnia quae in nostris corporibus prospiciuntur, habent, & memoria ipsa, ut apud Job inquit Dominus, praestant, & appetitus habent, & fami, & siti, & doloribus subiiciuntur, atque sudoribus: omnia denique corporea nostra sunt ipsis aeque communia: hoc uno tamen carent, rationali scilicet, & intellectuali, ac deliberativa animi immortalis nostri a Deo procedentis facultate.

Ὅρα μοι λοιπὸν τὸ τυφλὸν, καὶ πεπλανημένον τῶν αἱρετικῶν· πάντα τὰ συγγενῆ ὄντα τῶν ἀλόγων ἀνελλειπῶς ὁμολογοῦσιν ἐν τῷ Χριςῷ, τȣτέςι, σῶμα, ὕλην, φθορὰν, χυμὸν, αἷμα, δάκρυον, πτύσμα, ὀςᾶ, κόπρον, ῥύσιν, πεῖναν, δίψαν, κόπον, ἱδρῶτα, θάνατον, νέκρωσιν, ἅπερ εἰσὶ κατὰ φύσιν ἀλλότρια ὄντως, καὶ ἀνάξια Θεȣ̃, ὡς ἴδια ὄντα κτηνῶν, καὶ θηρίων, ϗ ἑρπετῶν· τὰ δὲ τῆς νοερᾶς, καὶ ἀθανάτου ψυχῆς ἰδιώματα τὰ κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ ὑπάρχοντα, καὶ ἐκ τοῦ ἀχράντου αὐτοῦ ςόματος προελθόντα, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν, συγγένειάν τινα Θεοῦ κατὰ χάριν, καὶ ὁμοίωσιν ἔχοντα, ταῦτα ὡς πονηρὰ ὄντα ὁμολογεῖν ἐν Χριςῷ οἱ μιαροὶ οὐκ ἀνέχονται· δι' ὧν πᾶσα ἡμῶν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ζωοποιεῖται καὶ σώζεται· ἀναιρουμένης γὰρ τῆς ζωτικῆς, ϗ ζωοποιοῦ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐνεργείας, εὐθέως ὁ ἄνθρωπος θανάτῳ παραπέμπεται, χωριζομένȣ τοῦ σώματος τῆς συγκρατούσης, καὶ ζωοποιούσης αὐτὸ ψυχικῆς ἐνεργείας· ςερουμένης δὲ πάλιν τῆς λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς, ϗ ἀναιρουμένης τῆς θελητικῆς αὐτῆς, ϗ ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως, οὐδὲν διαφέρει τῆς ἀλόγου, καὶ ἀδιανοήτου τοῦ ἵππου ψυχῆς.

Age nunc vero, amabo, caecitatem & errorem adspice haereticorum, qui omnia nobis cum brutis animantibus communia, quin quidpiam detrahant, in Christo confitentur, corpus scilicet, materiem, corruptionem, succum, sanguinem, lacrymas, sputum, ossa, excrementa, fluores, famem, sitim, dolores, sudores, mortem, interitum, quae natura sua extranea ab eo sunt, Deoque minus digna, propterea quod volatilibus, & feris, & serpentibus communia sint: immortalis vero, intellectualisque animae attributiones, quae ad Dei sunt imaginem, atque similitudinem, & ex eius immaculato ore procedentes, & propemodum dicerem, cognationem quamdam per gratiam cum Deo ipso, & similitudinem habentes; has, inquam, tamquam malas in Christo fateri impii hi non patiuntur: quibus universa nostra, sive humana natura vitam habet, atque servatur. Sublata quippe vitali hac, & vivificante spiritus nostri facultate, deducitur continuo ad mortem homo, corpore nimirum ea virtute animali destituto, qua regitur, atque vivificatur: rursusque si ab animo rationalis eius tollatur vis, volitivaque, atque appetitiva detrahatur potestas, nihil iam erit reliqui, quo ab irrationali, cogitationisque experte equi animo discernatur.

Πῶς γὰρ ἂν καὶ εὐαρεςήσῃ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ διὰ τῆς θελητικῆς, καὶ ἐνεργητικῆς αὐτῆς κινήσεως, ϗ δυνάμεως; πῶς δὲ ϗ τελέσῃ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα, εἰ μὴ διὰ τοῦ ἐμφύτȣ αὐτῆς, ϗ οὐσιώδȣς θελήματος; ὅπερ πολλάκις ἐν τῇ γραφῇ διαφόροις ὀνόμασιν εὑρίσκομεν ὀνομαζόμενον, τουτέςι, θέλημα ἀγαθὸν, πόθον, ἐπιθυμίαν, ἀγάπην, ἔρωτα. Εἰ δὲ δεῖ καὶ μικρᾶς μαρτυρίας ἐνθεῖναι, οὐκ ὀκνητέον. Εἴρηται γοῦν, ὅτι „ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει ὁ κύριος „ ϗ „ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς „ ϗ „ ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιπο-

Quomodo porro fieri poterit, ut Deo beneplacens sit, nisi volitiva, operativaque hac sui motione, atque potestate? Quomodo autem Divinam ipsam implere poterit voluntatem, nisi per inditam sibi essentialem voluntatem? Quam voluntatem saepius in sacris litteris variis appellationibus designatam reperimus: dictam scilicet bonam voluntatem, concupiscentiam, desiderium, dilectionem, amorem. Cuius sane rei breve aliquod testimonium referre non pigebit. Dicitur itaque „ quod voluntatem timentium se faciet Dominus „ & „ beati hominis voluntatem esse in lege Domini „ & „ quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat ani-

θεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ Θεός „ καὶ „ ἐπιποθεῖ, καὶ ἐκλίπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου „ καὶ „ ἐπεπόθησα τὸ σωτήριόν σου κύριε „. Περὶ δὲ ἀγάπης „ ἀγαπήσω σε κύριε, ἡ ἰσχύς μου „ καὶ „ ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται κύριος „ καὶ „ ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου κύριε „ καὶ „ ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου. „ Πῶς οὖν δυνήσεται ἀγαπῆσαι τὸν Θεὸν ἡ ψυχὴ, μὴ ἔχουσα οὐσιωδῶς ἐν ἑαυτῇ τὴν δύναμιν τὴν θελητικὴν, καὶ ἐπιθυμητικὴν, καὶ ἀγαπητικὴν, καὶ ἐρωτικὴν, φυσικήν τε καὶ ἀγαθήν; ἣν ἔχων Ἰγνάτιος ἔφασκεν, ὅτι ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται· ὅν τινα ἔρωτα Θεοῦ, καὶ ἀγάπην Θεοῦ, καὶ πόθον, καὶ ἐπιθυμίαν Θεοῦ, καὶ θελητικὴν ὄρεξιν πρὸς Θεὸν μὴ ἔχοντες, οὗτοι τὸ θέλημα τὸ διαβολικὸν ἔχοντες, καὶ τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς αὐτῶν πράττοντες, παραιτοῦνται ὡς πονηρὸν τὸ θεόσδοτον, καὶ θεόκτιστον, καὶ θεόμοιον τῆς νοερᾶς, καὶ θεοχαράκτου ἡμῶν ψυχῆς ὁμολογεῖν ἐν Χριστῷ, καὶ τὴν ζωοποιὸν αὐτῆς, καὶ συστατικὴν θεήπνουν ἐνέργειαν· ὧν χωρὶς ἡ νοερὰ, καὶ θεόσδοτος, καὶ θεόστομος τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ θείου ἡμῶν ψυχὴ, οὔτε θελῆσαι, οὔτε ἐνεργῆσαί τι τῶν θείων ἐντολῶν δύναται. Εἰ δὲ ἀλλοτρία ἐστὶν ἡ νοερὰ ἡμῶν ψυχὴ ἀγαθῆς, καὶ θεομιμήτου θελήσεως καὶ ἐνεργείας, πῶς πρὸς ἀνθρώπους λέγει ὁ Θεὸς „ ὅτι ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε; „ Πῶς ποιήσει τὸ θεῖον θέλημα ἡ ψυχὴ, εἰ μὴ ἔχει δύναμιν θελητικὴν, καὶ ἐνεργητικήν; Πῶς δὲ ἐπετράπη εὐθέως, ἡνίκα γέγονεν ὁ Ἀδὰμ, ἐργάζεσθαι, καὶ φυλάττειν τὸ δεσποτικὸν πρόσταγμα;

Ἀλλὰ παρετράπη φύσιν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πάντα τὰ τοῦ ἀνθρώπου πάντως, ἐροῦσι πρὸς ἡμᾶς οἱ αἱρετικοὶ, καὶ τούτου χάριν ἀλλότριον, καὶ ἀνάξιόν ἐστι τὸ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ ἀνθρώπινον θέλημα, ἢ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν. Οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ ὁλοτελῶς τῇ φύσει ἐτράπη, ἤγουν ἠλλοιώθη ἐξ ἀφθαρσίας εἰς φθορὰν ὁ Ἀδάμ· ἀλλὰ τὸ σῶμα, ὡς ἐκ γῆς καὶ τρεπτῆς φύσεως γεγονὸς, καὶ πλασθὲν, τοῦτο τὴν τροπὴν ἐξ ἀφθαρσίας, καὶ ἀθανασίας ὑπέμεινε, φθαρτὸν, καὶ θνητὸν γενόμενον διὰ τῆς παραβάσεως. Οὕτω γάρ ἐστιν ὁ περιπεσὼν τοῖς λῃσταῖς, καὶ γενόμενος, ὥς φησι τὸ εὐαγγέλιον, ὑπὸ τῶν πληγῶν αὐτῶν ἡμιθανὴς, οὐ μὴν καὶ ὁλοθανής. Ἡ γὰρ ψυχὴ, ὡς ἐξ ἀθανάτου οὐσίας Θεοῦ, καὶ ἀτρέπτου διὰ τοῦ ἐμφυσήματος κτισθεῖσα, εἰ καὶ τῇ προσβολῇ τοῦ ξύλου συγκατῆλθεν, ἀλλ᾽ ὅμως ἔμεινεν ἐν τῇ οἰκείᾳ τῇ κατ᾽ εἰκόνα, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν Θεοῦ ἀφθαρσίᾳ, καὶ ἀθανασίᾳ, οὐ χρήζουσα οὐσιώδους ἀναπλάσεως, καθάπερ τὸ σῶμα, ἀλλὰ μόνης λογιστικῆς τινος διορθώσεως, καὶ ἐξομολογήσεως, οὐκ ἀναιρέσεως θελήσεως, ἵνα μὴ ἄλογος γένηται, οὐκ ἐξαλείψεως ἐνεργείας, ἵνα μὴ νεκρὰ, καὶ ἀνενέργητος, ὡς τὰ ἄψυχα, γένηται.

Ἐπιδημήσας οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐπὶ

anima mea ad te Deus „ & „ concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini „ & „ concupivi salutare tuum Domine „. De dilectione autem dicitur „ Diligam te Domine fortitudo mea „ & „ dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae „ & „ quomodo dilexi legem tuam Domine „ & „ diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. „ Quomodo igitur diligere Deum poterit animus, qui in se ipso essentia inditam non habeat volendi, diligendi, desiderandi, concupiscendi, amandique naturalem, bonamque potestatem? qua scilicet praestans Ignatius aiebat: Amor meus crucifixus est: quem quidem amorem Dei, Divinamque dilectionem, Dei desiderium, atque concupiscentiam, & voluntatis appetitum ad ipsum qui non habent, hi diabolicam habentes voluntatem, & voluntates carnis suae perficientes, Divinum hoc donum, a Deo creatum, Deique simile intellectualis, a Deoque formati animi nostri, tamquam malum in Christo confiteri recusant, atque vivificantem etiam eius, & consistentem, a Deo spiratam ipsi adimunt facultatem: quibus si destituatur intellectualis animus noster a Deo datus, Divinaeque ipsius naturae particula, iam neque velle, neque conari ad aliquod poterit Divinorum mandatorum. Si vero intellectualis noster hic animus bona hac caret, Deumque imitata voluntate operationeque, quomodo inquit hominibus Deus „ si volueritis, & audieritis me, bona terrae comedetis? „ Quomodo Divinam implebit voluntatem animus, si careat volitiva, atque operativa facultate? Quomodo permissus est Adam, continuo ac genitus est, operari, Divinumque praeceptum custodire?

At vero deflexit homo a natura, unaque omnia quae ad hominem ipsum pertinebant omnino, dicent adversus nos haeretici; atque ea de caussa indignum est alienumque, ut dicatur esse in Christo humanam voluntatem, atque facultatem. Minime vero gentium. Non enim undique natura conversus, vel ex incorruptione in corruptionem mutatus est Adam; sed corpus, ut ex terra editum mutabilique natura plasmatum, hac conversione ex incorruptibilitate, atque immortalitate qua gaudebat, corruptibile, mortaleque factum est per praevaricationem. Hoc videlicet is designat, qui incidit in latrones, & semivivus plagis effectus est, ut in Evangelio narratur, non autem exstinctus. Animus siquidem, tamquam ex immortali immutabilique Divinaque essentia per inspirationem creatus, licet certamini illi, casuique ligni subiectus fuerit, mansit is tamen in propria ad Dei imaginem & similitudinem incorruptione, & immortalitate, quin nova eguerit suae essentiae reformatione, ut corpus, sed quadam rationali correctione tantum, & expiatione, minime vero sublationem passus est voluntatis, ne rationis fieret expers, neque facultatis operativae deletionem, ne mortuus actionisque incapax, ut inanimatus efficeretur.

Adveniens itaque Dei Verbum, ut Adam re-

τὸ ἀνακαινίσαι τὸν Ἀδὰμ, τοιαύτην ἑαυτῷ ψυχὴν ἐδημιούργησεν, οἵαν ἀπαρχῆς ἐξ ἑαυτοῦ διὰ τοῦ ἐμφυσήματος τῷ Ἀδὰμ μετέδωκεν, ἤγȣν ἐνέπνευσε κατ' εἰκόνα αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου οὖσαν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ὅλην ὑπάρχȣσαν, καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχȣσαν, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ τὴν θέλησιν, κατ' εἰκόνα αὐτȣ̃ τὴν ἐνέργειαν διαγράφουσαν, καθαρὰν, ἄμωμον, ἄῤῥητον, ἀναμάρτητον, μὴ δεομένην οὐσιώδους ἀναπλάσεως, ὥσπερ τὸ σῶμα, καὶ τὰ τοῦ σώματος, μὴ χρῄζουσαν τῶν οἰκείων μερῶν, καὶ μελῶν ἀλλοίωσιν, ϗ ἀνάκτισιν, μὴ ἔχȣσαν θέλησιν ἀφανισμοῦ δεομένην, μὴ ἔχουσαν ἐνέργειαν καταλύσεως χρῄζουσαν. Τί γὰρ ἂν καὶ χρῄζῃ οὐσιώδους ἀναπλάσεως, ἡ ἐκ Θεοῦ προελθοῦσα, καὶ ἐν εἰκόνι Θεοῦ, ϗ ὁμοιώσει ὑπάρχουσα, ϗ μάλιϛα ἡ παναχράντου τοῦ Θεȣ̃ λόγȣ ψυχή;

Ἡ μὲν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ψυχὴ ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν διὰ τȣ̃ ἐμφυσήματος ἔϛχεν· ἡ δὲ τȣ̃ Ἐμμανουὴλ ψυχὴ ἔνθεον, καὶ σύνθεον, ϗ ὁμόθεον τὴν ȣ̓σίωσιν ἔϛχεν, ἐξ αὐτοῦ, ϗ δι' αὐτοῦ, ϗ σὺν αὐτῷ, καὶ ἐν αὐτῷ καθ' ὑπόϛασιν συσσώμως ἐν τῇ παναχράντῳ, ϗ θεοδόχῳ μήτρᾳ ὑποϛᾶσα· ὥς τε, εἰ μὴ τολμηρὸν τὸ λέγειν, εἶπον ἂν, ὅτι ὥσπερ πάλαι ὁ Θεὸς λόγος ἐξ ἑαυτοῦ ἀῤῥήτως προήγαγε, ϗ ἔκτιϛε λογικῆς ψυχῆς οὐσίαν, οὕτω ϗ ἐκ παρθενικῶν λαγόνων εἰς ἑαυτὸν εἰσῴκε. Καὶ ποῖον λοιπὸν μῶμον δύναται ἔχειν οὐσία ἡ ἀπαρχῆς ἐκ Θεοῦ προελθοῦσα εἰς κτίσιν, ϗ νῦν ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ εἰσοικισθεῖσα, ϗ σύνθεος ὑπάρξασα, ϗ τιμιωτέραν τὴν φύσιν, ϗ τὴν θέλησιν, ϗ τὴν ἐνέργειαν ἔχουσα, ὅσῳ τότε μὲν χωριϛὰς Θεοῦ τὰς ἑαυτῆς δυνάμεις, ϗ ἰδιότητας ἔσχε, νῦν δὲ συναπτὰς Θεοῦ, ϗ οἱονεὶ ὁμοιοθέους, ϗ συνθέους τῇ καθ' ὑπόϛασιν ἑνώσει; Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὄντως πάλιν λέγω γέλως ὁ πλατὺς τῆς τῶν αἱρετικῶν ἀφροσύνης, ὅτι τὰ ὅμοια πάθη τῆς κτηνώδȣς φύσεως τῆς σαρκὸς τῆς τραπείσης, πάθη λέγουσιν ἐν Χριϛῷ· τὰ δὲ τῆς κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ψυχῆς ἰδιώματα τὰ ȣ̓σιωδῶς μὴ τραπέντα παραιτοῦνται εἰπεῖν.

Καὶ ὅπως μὴ δόξωσιν ἐξ οἰκείων ἡμῶν ἐννοιῶν, καὶ μύθων πρὸς αὐτοὺς διαλέγεσθαι, φέρε τῇ συνεργείᾳ τοῦ Θεοῦ γραφικῶς τὰς παραϛάσεις ποιήσωμεν. Κατακλεισθεὶς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ πρόδρομος, καὶ ὄμμασι τοῖς νοεροῖς προγνοὺς, ὅτι ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρούμενος ἐν ᾅδῃ πορεύεται, ἀποϛείλας δύο τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν ἠρώτησε τὸν Χριϛὸν, λέγων „ σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, τουτέϛιν, ἐν τῷ ᾅδῃ κατερχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; „ καθὰ ϗ ὁ Πέτρος περὶ Χριϛοῦ ἐν τῇ ἐπιϛολῇ τῇ καθολικῇ λέγει „ ὅτι πορευθεὶς ἐκήρυξε ϗ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι τοῖς ποτε ἀπειθήσασιν „ ἥν τινα κατάβασιν αὐτὸς ὁ κύριος πρὸς τὸν Ἰὼβ προκαταγγέλλει λέγων „ ἦλθες δὲ ἐπὶ τρίβους θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας; ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔφριξαν; „ Αὕτη δὴ οὖν ἡ

renovaret, talem sibi ipsi condidit animam, qualem ab initio ex se ipso Adae tradiderat per inspirationem, sive eam inspiravit ad Dei Verbi ipsius imaginem exsistentem, atque ad similitudinem, ut inquiunt Divinae litterae, ad imaginem scilicet eius totam, ac ad similitudinem eius essentia donatam, ad imaginem eius voluntate, ad imaginem eius facultate designatam, puram, immaculatam, ineffabilem, peccato carentem, essentiae reformatione, ut corpus, non egentem, partium, membrorumque, quae corpus spectant, varietati, & reformationi non subiectam, voluntate interitui subdita carentem, neque suae destructionis habentem potestatem. Quid enim essentiae reformatione indiguisset, quae ex Deo processit, & ad imaginem & similitudinem Dei est, anima praesertim Verbi Dei summe immaculati?

Enimvero Adae anima esse a Deo per inspirationem sortita est: Emmanuel autem anima in Deo, & cum Deo, & Dei similem habuit essentiam, ex ipso, & per ipsum, & cum ipso, & in ipso per hypostasim concorporaliter in immaculato Deique susceptivo utero subsistens; ita ut (& si forte hoc audax dictu sit, dicam tamen) quemadmodum Dei Verbum ineffabiliter olim ex se ipso produxit, creavitque rationalis animae essentiam: ita etiam ex Virgineis femoribus in seipso eam fecerit inhabitare. Quaenam ergo reliqua ei naturae inesse macula potest, quae initio ex Deo creatione procedens, nunc porro in Deo metipso habitaculum habet, cum Deo subsistens, tanto honorabiliorem nacta voluntatem operationemque, quo tunc quidem a Deo separatas suas habuit potentias, atque facultates, nunc vero ex hypostatica unione Deo ipsi coniunctas, & aliqualiter Dei similes, atque cum Deo ipso subsistentes? Quae quum ita se habeant, ridiculus, rursus inquam, est proculdubio stultitiae haereticorum error, quod passiones animantibus brutis communes corporis & carnis, mutationibus obnoxias in Christo fateantur: animae vero proprietates, quae ad imaginem Dei sunt immutabiles essentia, in ipso dicere recusent.

Atque ne haec nostris sententiis, sermonibusque dicta esse existiment, & contra eos disputata: age Deo adiuvante ex ipsa Scriptura argumenta proferamus. Constitutus in vinculis Divus praecursor Ioannes, oculisque mentis fore prospiciens, ut ab Herode sublatus ad inferos proficisceretur, mittens duos ex discipulis suis, a Christo percontatus est, dicens „ Tu es qui venturus es, nempe ad inferos descensurus, an alium exspectamus? „ quemadmodum Petrus quoque in Catholica Epistola sua de Christo inquit „ quod in infernum adveniens, & illis qui in carceribus erant spiritibus, incredulis aliquando, praedicavit „ quam quidem descensionem Dominus ipse apud Iob praenunciaverat dicens „ Numquid in profundum maris venisti, & in novissimis abyssi deambulasti? Numquid apertae sunt metu tibi portae mortis, & ianitores inferni te videntes exhor-

κατάβασις Χριςοῦ ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ, ϗ ἡ παρουσία, ϗ τὸ κήρυγμα πῶς γέγονε; Θεὸν ὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἀλλ' ὔτε ἰδεῖν δύναται· πάλιν τε τὸ πανάγιον σῶμα Χριςοῦ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ἐν τῷ μνήματι ἄνω ἐπὶ γῆς ἔκειτο. Πῶς ὖν ὁ ᾅδης ἐσκυλεύθη; ποίαν μορφὴν οἱ πυλωροὶ τοῦ ᾅδυ ἰδόντες ἔφριξαν; τίς τὰς ἀπ' αἰῶνος δεσμίυς ψυχὰς τῶν κεκοιμημένων ἀνθρώπων ἐπεσκέψατο; πρόδηλον, ὅτι ἡ πανάχραντος τῦ δεσπότυ Ἰησῦ Χριςῦ τῦ Θεῦ ψυχὴ τὰς ὁμουσίυς αὐτῆς ψυχὰς τὰς λογικὰς ἐπεσκέψατο· αὕτη πρὸς αὐτὰς κατελήλυθε σύνθεος· αὕτη τὸ δεσμωτήριον ἐσκύλευσεν· αὕτη τὸν τύραννον ἔδησε, ϗ τὺς δεσμίυς ἀπέλυσε, βοήσασα τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε, ὡς τόπον ἀναπληροῦσα τελείυ ἀνθρώπυ τῦ ἐκ ψυχῆς συνιςαμένυ ϗ σώματος· λογιςικῶς τε ὡς λογικὴ, ϗ θελητικῶς, ϗ ἐνεργητικῶς ἐν τῷ ᾅδῃ κηρύττυσα, ϗ ἐπιτρέπυσα, ϗ σκυλεύυσα· ἡ νοερὰ τὰς νοερὰς ἐπιβλέψασα, ψυχὴ τὰς ψυχὰς, ἡ λογικὴ τὰς λογικὰς, ἡ ζωτικὴ τὰς ζωτικὰς, ἡ ἀθάνατος τὰς ἀθανάτυς, ἡ ἐνεργητικὴ τὰς ἐνεργητικὰς, ἡ ἐνθελὴς τὰς θελητικάς. Πῶς γὰρ ἂν ϗ ἐδέξαντο τὸ τῆς ἁγίας ψυχῆς κήρυγμα, εἰ μὴ διὰ τῆς νοερᾶς αὐτῶν λογικῆς θελήσεως; οὐ γὰρ ἀναγκαςικῶς, ϗ ἀκουσίως ἐπίςευσαν, ϗ ἐσώθησαν, οὐδ' ἀπροαιρέτως, ἀλλ' ἑκουσίως ϗ γνώμῃ θελήσεως, καὶ ἐνεργείᾳ συγκαταθέσεως.

Πιςοῦται δέ μυ τὰ λεγόμενα ὁ τῆς θεολογίας θεοφόρος Γρηγόριος, ὔτω πως φάσκων περὶ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ τοῦ Χριςῦ καταβάσεως ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸ ἅγιον πάσχα „ ἐὰν ἐν ςαυρῷ Χριςὸς ἀνέρχεται, συνάνελθε· ἐὰν ἐν τῷ ᾅδῃ κατέρχεται, συγκάτελθε. Γνῶθι τὰ ἐκεῖ μυςήρια, τὴν διπλῆν κατάβασιν· πάντας ἁπλῶς σώζει ἐπιφανεὶς, ἢ κᾀκεῖ τὺς πιςεύοντας; „ Ἰδὺ ὐ πάσας λέγει Γρηγόριος τὰς ἐν τῷ ᾅδῃ ψυχὰς σωθείσας, ἀλλὰ μόνας τὰς Χριςῷ πιςευσάσας ἐξ οἰκείας προαιρέσεως ϗ θελήσεως. Πῶς γὰρ ϗ πιςεῦσαι εἶχον χωρὶς λογιςικῆς θελήσεως, ϗ ἐνεργείας; Ἀνθρώπους μὲν γὰρ τὺς ἐν σαρκὶ, ϗ ψυχῇ ἄνω ἐπὶ γῆς ζῶντας, διὰ σαρκὸς ὁ Χριςὸς ϗ ψυχῆς ἐπεσκέψατο, ϗ ἔσωσε, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων, ὡς Γρηγόριός φησι, τοῖς ὁρατοῖς δι' ὁρατῆς φύσεως λαλῶν, ϗ ἐπιδημῶν· ψυχὰς δὲ σωμάτων ἀπηλλαγμένας διὰ ψυχῆς ἀχράντυ σώματος ἀπηλλαγμένης ἐπεσκέψατο.

Εἰ δὲ ἀθελής ἐςιν ἡ πανάχραντος τῦ κυρίυ ψυχὴ, πρόδηλον, ὅτι ἀκυσίως δίκην ἀλόγυ ὑπετάττετο τῷ Θεῷ λόγῳ, ὡς Ἀπολινάριος ληρῳδεῖ· εἰ ἀθελὴς ἦν, εὔδηλον, ὅτι δίκην τινὸς ἀςέρος, ἢ νεφέλης ἀλογίςυ, ϗ ἀδιανοήτου ἐν τῷ ᾅδῃ κατῆλθε, ϗ ὑπὸ τῆς θεότητος, ὥσπερ ἄψυχον ὄργανον ϗ ἄλαλον ἐλάλει, ϗ ἐκήρυττε, μήτε λόγον ἐνδιάθετον κατὰ τὴν οὐσίαν τῶν ψυχῶν ἔχυσα, μήτε νόησιν, μήτε διάνοιαν, μήτε περιγράπτην, ἢ ἐκπορευτικὴν ἐνέργειαν, ϗ τοπικὴν μετάςασιν. Καὶ ποίᾳ λοιπὸν ἐνεργείᾳ τῦ σώ-

horruerunt? „ Ipse igitur Christi descensus ad inferos, praesentiaque, ac praedicatio eius, qua ratione facta sunt? Deum nemo vidit umquam, neque videre potest: sanctissimum etiam Christi corpus post mortem super terram iacebat in monumento. Quomodo igitur turbati sunt inferi? qua ratione videntes exhorruerunt inferorum custodes? quis a seculis, vinculis ligatas animas dormientium hominum visitavit? Constat autem Domini Dei Iesu Christi summe immaculatam animam sibi consubstantiales animas rationales visitatione sua esse dignatam: ipsa ad illas cum Divinitate descendit: ipsa carceri noxam intulit, atque molestiam: ipsa ligavit tyrannum, vinctosque dissolvit, iis qui in vinculis iacebant proclamans, exite, ut locum sustinens perfecti hominis ex anima, & corpore subsistentis, rationaliter, veluti rationalis, voluntarie, & operative in inferis praedicans & opem ferens, & molestiam inferens, intellectualis intellectuales prospiciens, anima animas, rationalis rationales, vitalis vitales, immortalis immortales, operativa operativas, volens volendi praeditus facultate. Quomodo namque, nisi intellectuali, rationalique sua voluntate ii, qui in inferis erant, sanctae illius animae praedicationem susceperunt? non enim quippe coacte, sive involuntario credidere, salvique facti sunt: non temere inconsultoque, verum sponte deliberataque sententia voluntatis, & compositi ipsorum operatione, fidem susceperunt.

Quae porro dicta a me sunt, Theologiae signifer ille Gregorius confirmat, de Christi ad inferos descensu, in Sermone de sancto Paschate haec habens „ si in crucem adscendit Christus, simul adscende; si in infernum descendit, descende simul. Quae illic mysteria sunt cognosce, duplicem nimirum descensum; utrum omnes sine ulla exceptione adventu suo salvos fecerit, an & illic eos solum qui crediderunt? „ Ecce non omnes, ait Gregorius in inferis existentes animas salvas factas, sed eas tantum, quae in Christum propria electione crediderant, atque voluntate. Quomodo vero credere potuissent rationali voluntate, atque operatione destitutae? Homines quippe heic super terram in carne, animaque viventes per carnem, & animam visitavit Christus, servavitque, simile per simile repurgans, ut ipse inquit Gregorius, visibilibus visibili in natura loquutus, cum iisque conversatus: animas autem iam a corporibus alienas per immaculatam animam corporis expertem visitavit.

Si itaque voluntate caret immaculata Domini anima, sequitur manifeste ipsam necessario irrationalium instar Deo Verbo fuisse subiectam, quemadmodum inepte comminiscitur Apollinarius: rursusque voluntatis expers si sit, iam consequens palam est ipsam irrationalis sideris, sive nubis adinstar ad inferna descendisse, & sub Divinitate veluti inanimatum, & mutum organum, sese sermonibus, & praedicationi praestitisse, neque interno sermone, sicuti animae essentiae convenit, neque intelligentia, neque cogitatione donatam; circumscripta, procedenti-

que

ματος ἐχωρίσθη, καταλειποῦσα αὐτὸ νεκρὸν, καὶ ἄψυχον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἀνενέργητον τὰς τῶν μελῶν κινήσεις, καὶ ἐνεργητικὰς πράξεις ἔχοντα; ποίᾳ ἐνεργείᾳ ἐξελθοῦσα ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τοῦ ᾄδου ἐπανῆλθεν εἰς τὸ ἴδιον σῶμα; Ἡ γὰρ θεία ἐνέργεια ὡς ἀπερίγραπτος οὖσα, καὶ τὰ πάντα πληροῦσα, οὔτε ἐκ τόπου εἰς τόπον πορεύεται, οὔτε χώραν ἐκ χώρας ἀμείβεται, οὔτε ἀφίσταται, καὶ πάλιν τοπικῶς ἐπανέρχεται. Εἰ δὲ ἀθελὴς, καὶ ἀνενέργητος ἦν ἐν τῷ ᾄδῃ ἡ κυριακὴ ψυχὴ, πάντως ὅτι καὶ ἀλογίαν, καὶ ἄγνοιαν εἶχε, καὶ εὑρεθήσεται τιμιωτέρα αὐτῆς ἡ ψυχὴ τοῦ Σαμουὴλ ἀνελθοῦσα ἐκ τοῦ ᾄδου διά τινα οἰκονομίαν, καὶ λαλήσασα τῷ Σαοὺλ, καὶ προειποῦσα αὐτῷ τὸν αὔριον θάνατον καὶ αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ· ὅπερ δαίμων οὔτε ἐγίνωσκεν, οὔτε προειπεῖν ἠδύνατο, κᾂν τινες οὕτω νομίζουσιν.

Εὔκαιρον δὲ καιροῦ καλοῦντος ἐκείνην τὴν τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου προαγαγεῖν φωνὴν τὴν περὶ τῆς ἀχράντου ψυχῆς τοῦ κυρίου λέγουσαν οὕτως „ ἀλλ' οὔτε μὴν εἰσέτι, καὶ νῦν ἄπρακτοί τε καὶ ἀργαὶ εἰσιν αἱ τοῦ θείου λόγου νοήσεις, οὔτε τῆς καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ ἡνωμένης ψυχῆς λογικῆς· εἴγε τὸ μὴ θέλειν αὐτὴν, μήτε βούλεσθαι ἀνυπαρξίαν ἀπειλῇ „. Ἠκούσατε, οἱ ὄντως ἄλογοι, καὶ ἀνενέργητοι, ὅτι τὸ μὴ θέλειν, μηδὲ βούλεσθαι τὴν νοερὰν τοῦ κυρίου ψυχὴν, ἀνυπαρξίαν τῆς οὐσίας δηλοῖ;

Οὐκοῦν, ὅτε ἀκούσῃς τοῦ αὐτοῦ ὁσίου πατρὸς, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν πατέρων λέγοντος, ὅτι ἠφάνισεν ὁ Χριστὸς τὸ σαρκικὸν θέλημα, καὶ κατήργησε τὰ ἀνθρώπινα θελήματα, καὶ ὅτι χωρὶς ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ σαρκικῶν θελημάτων ὑπῆρχε, καὶ ὅτι παρῃτήσατο τὴν σαρκικὴν ἐνέργειαν, γνῶθι ἀκριβῶς, ὅτι οὐ τὴν κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ θέλησίν τε, καὶ ἐνέργειαν τῆς νοερᾶς ψυχῆς τῆς ἐκ τοῦ ἀχράντου, καὶ ἀσωμάτου αὐτοῦ στόματος προελθούσης ἠφάνισεν, ἢ ἐξήλειψεν, ἢ κατήργησεν· ἐπεὶ εὑρεθήσεται τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεννηθέντα, καὶ ἐξ αὐτοῦ προελθόντα καταλύων, καὶ ἀφανίζων, καὶ ἀνατρέπων, ὡς πονηρὰ, καὶ ἀσύμφωνα, καὶ ἀντίδικα αὐτοῦ· λοιπὸν δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἡ αἰτία, καὶ ἡ μέμψις ἀνατρέχει, ὡς πονηρὰν θέλησίν τε καὶ ἐνέργειαν σὺν τῇ ψυχῇ δημιουργήσαντα. Ἀλλ' οὐχ οὕτω μὴ γένοιτο· οὐκοῦν τὸ διαβολικὸν θέλημα, καὶ τὴν Σατανικὴν ἐνέργειαν ἐξήλειψε, καὶ ἠφάνισεν ὁ Χριστὸς, ἣν πολλάκις σαρκικὴν ὀνομάζει ἡ θεία γραφὴ, καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, καὶ οἱ μακάριοι πατέρες, τὴν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ὄφεως τῷ ἀνθρώπῳ εἰσοικισθεῖσαν, οὐ τὴν κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν, τὴν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐμπνευσθεῖσαν· αὕτη γὰρ καὶ μόνη ἡ θεόσδοτος ἡμῶν θέλησις καὶ ἐνέργειά ἐστιν αἰτία, καὶ ἐργάτης πάσης τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Θελήματι γὰρ ἑκουσίῳ τῆς ψυχῆς εἰς Θεὸν

que operatione, & locali translationis facultate destitutam. Ceterum quanam actione a corpore separata est, ipsum mortuum, inanimatum, & immobile relinquens, ipsa privatum etiam motus membrorum facultate, minimeque operativi actus virtute roboratum? Quanam actione ex inferni carceribus egressa in proprium corpus redivit? Divina quippe operatio incircumscripta quum sit, omniaque complens, non de loco procedit ad locum, neque de civitate in civitatem pertransit; non recedit, rursus localiter adventura. Itaque si operationis, si voluntatis expers in inferis Dominica anima fuit, quoniam ratione, intellectioneque omnino destitueretur, dignior ipsa esse iudicabitur Samuelis anima, ex inferis olim per dispensationem regressa, atque cum Saul colloquuta, ipsique in crastino futurum interitum praenuncians, tum sui, tum filiorum; quod sane Daemon, neque praenoscere, neque praedicere potuisset, quamquam nonnulli sint, quibus haec magis opinio placuerit.

Opportune autem heic tempus invitat, ut eam Athanasii sententiam in medium proferamus, quae de intacta Dominica anima sic habet: „ Iam vero non in seculis, & nunc actionis expertes, otiosaeque sunt Divini Verbi cogitationes, sibi per hypostasim coniunctae, animae rationalis: constituere namque quod volitione operationeque careat, idem est, atque ipsius non exsistentiam pronunciare. „ Audistis, qui desipitis, rationeque, atque opere destituimini, quemadmodum nolle, neque deliberare intellectualem Dominicam animam, entitatis, sive essentiae eius non subsistentiam designet?

